



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

223



Inſtructio Vi-
SITATIONIS SAXO

nicę, ad Eccleſiarum Paſ-
tores, de doctrina Chriſti-
ana, Tranſlata a doc-
tore Pomerano in la-
tinum, propter Ec-
cleſias Danicas
Anno dñi.

M. D. XXXVIII.



LN 169
ex 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

224

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

❧ VENERANDIS VIRIS ET dominis Eccleſiarū Danicarū Super Intendētibus, dominis ſuis ac fratribus in Chriſto dilectis, Ioannes Bugenhagius Pomeranus Doctor, Gratiā Dei & Pacem Per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum.

POſtquam Regia Maieſtas, inter cęteros libros, etiā hunc Viſitatorum Saxonię, omnibus Danicarum Eccleſiarum paſtoribus commendauit, Veritus ego ne multi ignorarēt quis uel eſſet hic liber, ꝙ Germanice ęditus & nuper a Doctore Luthero emendatus, a nullo quod ſciam in latinū tranſlatus eſt, tranſtuli eum quēadmodum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uidetis. Veſtrum igitur fuerit, quos Deus in officio ueros ordinauit Eccleſiarum Epiſcopos, curare per bonos paſtores & per eruditas Scholas ut cũ aliis artibus Hęc ſancta Doctrina ad paſtores propagetur. A pręfatione autē abſtineo, quia Pater Lutherus hic ſatis prefatus eſt. Chriſtus ſit uobiſcũ & cum Eccleſiis ueſtris in ęternum.

Scripſi ex Copenhagen ſiue Cop-
ManHauen. Anno domini
M.D.XXXVIII. feria
tertia poſt Aegidiũ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

INSTRVCTIO VISITATIonis Saxonicę, ad Eccleſiarum Paſtores, de doctrina Chriſtiana: Tranſlata a Doctore Pomerano in latinum propter Eccleſias Danicas.

Anno dñi M.D.xxxviii.

D. Martinus Lutherus.

LIbellũ Viſitationis rurſum ędo in publicum, Abſtuli & mutaui quędam, quæ antea neceſſaria erant ut permitterẽtur fide imbecillioribus, nũc uero neq; ſunt neq; eſſe debent, maxime in hoc principatu Saxonico & aliis nobis uiciniorib us, quãdo Verbum dei tanta claritate & efficacia lucet, ut nullus ſe excuſare poſſit. Non moramur quid Satan cum ſuis contra hęc men

titurus & calumniaturus ſit, Deo & ipſius Eccleſiæ per hæc ſeruimus, hoc ſatis nobis eſt, & gratias agimus domino Deo, qui nos ad hoc miniſteriū uocauit & idoneos fecit.

Præfatio Doctoris Martini Lutheri.

QVam diuinū & ſalutare opus ſit, uiſitare Paſtores & Chriſtianas Eccleſias, per doctos & intelligentes uiros, teſtatur ſcriptura & ueteris & noui teſtamenti. Legimus enim ꝙ Petrus perābulauit in Iudea. Act. ix. & Paulus cū Barnaba rediit ad ſingula loca ubi predicauerat. Act. xv. Et teſtificatur in omnibus ſuis epiſtolis, quemadmodum ſolicitus ſit pro omnibus Eccle-

ſtis & paſtoribus, Mittit epiſtolas,
mittit diſcipulos, currit & ipſe, Sicut
& Apoſtoli Act. viii. quãdo audierũt
Samariã ſuſcepiſſe uerbũ, miſerunt il
lo Petrum & Ioannẽ, Et in ueteri teſ
tamẽto etiã legimus Samuelẽ egredi
nũc in Galgal, nunc in Rama, nunc in
Nobe &c. non uoluptate expaciãdi ſed
charitate & debito ſui officii & populi
neceſſitate. Quẽadmodũ fecerunt etiã
Elias & Eliſeus, ut in libris Regũ legi
mus. Id quod & Chriſtus p̄ aliis opi
bus diligentiſſime fecit, ita ut propter
hoc ne unum quidẽ locum ꝓpriũ ſibi
retinuerit in terra, quo uel caput recli
naret. Atq; hoc ipſum uel in utero ma
tris incepit abiens in montana cũ pre
gnante uirgine matre ut ſanctum Io
annem uiſitaret.

Quæ Exempla etiam ſancti Epiſ
copi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

copi olim & patres diligentiſſime i-
mitati ſūt, quēadmodum inueniūtur
multa de his ſcripta in Papalibus de-
cretis. Ex hoc enim opere primū nati
ſunt Epiſcopi & ArchiEpiſcopi, qui-
bus ut pautiores uel plures ad uiſitā
dū comēdabātur. Proprie enim Epiſ-
copus ex græco ſignificat Superinten-
dentem aut Viſitatorē, & ArchiEpiſ
copus, qui conſtituitur ſuper tales Su
perintendentes & Viſitatores, prop-
terea, ꝙ quiſqꝫ Paſtor ſiue Epiſcopus
ſuos Parochianos uiſitare & curare
debet & attendere quēadmodum illic
doceatur & uiuatur. Et ArchiEpiſco
pus tales Epiſcopos uiſitare & curare
debet, & attendere quēadmodum illi
doceant. Quæ officia aliquadiu fuerūt
in Eccleſia Chriſti, donec iam mutata
ſunt in pompam mundanā & domi-
nia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

nía glorioſa Poſtquam enim Epiſcop
ſũt principes et dñi facti. Primũ hæc
officia uiſitationis alicui Prepoſito, ui
cario aut Decano mãdarũt, Poſtea cũ
etiam Prepoſiti, Decani et Cano nici
nihil aliud fierent quã ocioſi domini.
mandabantur hæc Official ibus, qui
hactenus uexauerunt homines ſuis ci-
tationibus ꝓpter cauſas pecuniarias,
& neminem uiſitauerunt.

Tandẽ quãdo ſic, ut dictũ eſt, omnia
peſſime iacebãt, ſãcti illi officiales ſuã
quietem domi amantes nuſquam pro
Eccleſia exierũt, ſed emiſerunt malig
num aliquẽ nebulonem & in pagis &
in ciuitatibus circũ curſitãtẽ, qui quæ
ex maleuolorũ aut detractorũ ore de
uiris & mulieribus in tabernis inter
pocula audire potuit, prodidit ſuo Of
ficiali, is ut deglubitor pro ſuo officio

deglubebat eos & detrahebat eis pecuniã etiam innocentibus, quos & in periculum rerum & bonæ famę ſæpe adduxit,ũde homicidia & alia mala ex oriebantur. Hinc hactenꝰ mãſit nomẽ Sancta Synodus.

Breuiter, hoc p̃cioſũ & nobile opus penitus iã interiit & nihil inde relictũ eſt, niſi q; homines citati & excommũicati ſunt ꝓpter debita & tẽporalia bona, aut ꝙ inde fecerunt Diuinũ ut uocant ordinẽ Antiphonas quaſdam & uerſiculos ululantes in templis, quemadmodum autem docendum ſit, credendum, diligendum, chriſtiane uiuendũ, pro pauperibus curãdum, quomodo imbecilliores fide conſolandi ſũt, contemptores arguendi, & reliqua curanda quæ ad hoc officium pertinent ne meminerunt quidẽ in talibus ſynodis

Nihil aliud quam uani prælati & glo
rioſi ganeones facti ſunt, aliorũ bona
abſumentes & nihil eis reddentes niſi
mera dãna, Atq; ita hoc officium, quẽ
admodũ & omnes alię ſanctæ, Chriſ
tianæ & ueteres doctrine & ordinatio
nes, factum eſt diaboli & Antichriſti
ludibriũ & iocularis ludus, horrenda
& terribilis perditio animarum.

Quis enim recenſere poterit quã ntile
& quã neceſſarium ſit hoc officium in
chriſti Eccleſia? In dãnis hoc uidere li
cet, q̃ acciderũt poſtquã illud deſiit &
retẽto nomine res ipſa in ceremonialẽ
fucum mutata eſt ut pleraq; alia. Nul
la doctrina aut hominum conditio in
miniſteriis a deo inſtitutis uera, inte-
gra & pura permãſit, ſed pro diuinis
& uerbo dei conſecratis officiis ſurrex
erunt tam multæ & horrendę Sectæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Vt canonicatus Mauachatꝰ etc. per q̄
uera chriſti Eccleſia penitus ſuppreſſa
fuit, fides extincta, charitas mutata in
cotētiones & bella, Euāgeliū obſcura
tū & pro hoc tantūmodo hominū oꝑa
doctrine, & ſomnia regnauerunt. Faci
le hic fuit diabolo facere quę uoluit ſu
is dęmoniorū doctrinis, poſtquā tale
officiū ſibi ſubegerat, & meras laruas
quaſi ſpiritualiū hominū & Monac/
hales uitulos erexerat, ut nemo poſſit
ipſi reſiſtere. Quādo autē hoc ſanctiſ
ſimū officiū ubi recte & diligentiſſime
curatur ſummū laborē & diligentiā re
quirit, quēadmodum & Paulus con/
queritur ſcribens Teſſalonicenſibus,
Corinthiis & Galatis ut etiam chriſti
apoſtoli in hoc ſudarūt, quid efficerēt,
ocioſi homines & uentres pigri?

Igitur poſtquā nunc per ineffabilē
dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

dei gratiā & miſericordiā Euangeliū
rediit aut uel primū exortū eſt nobis,
per quod iā uidemus quā miſere irre-
tita erroribus, diſperſa & lacerata ſit
Eccleſia, cupiebamus ex animo hoc ip
ſum uere Epiſcopale uiſitandi Officiū
ut ſumme neceſſariū, uidere reſtitutū.
Verum quando nemo ex nobis adhuc
uocatus erat ad tale officium aut certū
habebat mandatū, & ſanctus Petrus
nihil uult geri in chriſti Eccleſia niſi
certi ſimus hoc ipſum eſſe opus dei, ne
mo præ cęteris audebat hanc rem ten
tare. Hic quod tutiſſimū erat innixi
ſumus officio charitatis, quod omni-
bus chriſtianis commune eſt & a deo
mandatū, & ſuppliciter poſtulauimus
ab Illuſtriſs: Principe & dño dño Ioan
ne Saxonum Duce, Sacri Imperii Ro
mani Archimarſchalco & Electore,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Duringię Laudgrauio Miſnię Marg
grauio etc. Dño noſtro clemētiſſimo,
nempe harū terrarū principe & noſtra
indubitata Poteſtate a deo ordinata,
ut ipſe (quādo non ē debitor expoteſ
tate ſeculari) ex chriſtiana charitate,
propter deū, ad profectum Euangelii,
& ad commodū & ſalutē miſerorum
chriſtianorum qui ſunt in ipſius terris
dignaretur clæmenter quoſdam ido-
neos uiros ad tale officiū uocare & or
dinare Id quod eius clemētia ita fecit
et ordinauit per dei bonā erga nos uo
luntatem, commendans hoc officium
quatuor egregiis uiris, nēpe Strenuo
dño Ioanni, Nobili a Plannitz equiti-
aurato etc. Inſigni uiro & dño hiero-
nymo Schurff Iuriū doctori etc. Stre-
nuo dño Eraſmo ab haubitz etc. &
Eruditiſſimo Dño Philippo Melanch
thoni

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

thoni Magiſtro etc. Det de9 ut hoc ſit ſalutare Exemplū omnibus aliis Germaniæ principibus, ut fæliciter & cū fructu imitentur, pro quo etiam ipſe Chriſtus in nouiſſimo die ampliſſimā reddet mercedem Amen.

Quando uero diabolus per uenenata ora ſua et labia detrahentia nullū diuinū opus ſinit ſuis calūniis & blaſphemiis inconſpurcatū, & iam iam p noſtros aduerſarios in hoc libello multa calūniatur & damnat, ita ut quidā etiā gloriētur nos pęnitere noſtrę doctrinæ, retroceſſiſſe ac quędā recantaſſe, & utinā ſerio dicerent & ſentirent illa ſibi placere quæ recātata dicunt, tum enim certo plus nobis accederent quam nos illis, ad confirmandam noſtram doctrinam, & recantarent ſuos erro res. Iccirco ego ſtatui omnia que

egerunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

egerunt Viſitatores, & ſcripta miſe-
runt Clementiſs. Principi noſtro, &
inde eadem in manus meas fideliter
collecta peruenerūt, publice per typo
graphiā in lucē ędere, ut quiſqꝫ uideat
nos neqꝫ in āgulis neqꝫ in tenebris age
re negotiū chriſti, ſed lucē & querere
& ſuſtinere cum gaudio & ſācta fidu
cia. Quāuis aūt hæc non poſſumus
ędere ut mandata q̄ cogant homines,
ne Nouas & Papiſticas Decretales
erigamus, ſed potius ut hiſtoriam ac
preterea ut teſtimonium & confeſſio-
nem noſtræ fidei, tamen ſperamus, ꝙ
omnes pii & pacis amātes Eccleſiarū
Paſtores, quibus ſerio placet Euange
lium, & gaudēt concorditer & ſimili
ter nobis omnia ſeruare, quemadmo-
dum Paulus monet ut faciamus Phi-
lip. ii. amabunt minimeqꝫ per ingra-
titudinē

titudinem & ſuperbiam contemnent
hanc diligentiam clemētiſs, Principis
noſtri, preterea & noſtram charitatē
ac beneuolentiam, quin potius ſponte
& ſine coactione, id quod ueræ chari
tatis eſt, ſubdent ſeſe huic uiſitationi,
& nobiſcum ſecundum hanc in pace a
gent, donec deus ſpiritus ſanctus per
ipſos aut per nos meliora ordinet.

Si autem aliqui ex paſtoribus teme
re huic Chriſtianæ ordinationi reſtite
rint, & nulla iuſta cauſa ſpecialem ſi-
bi facere tētauerint, inueniuntur enim
ſtulta capita & contemptores qui ex
mera malicia non poſſūt aliquid com
mune & aliorū factis ſimile ferre ſed
& corde & uita ſūt aliis diſſimiles ſuę
prudentiæ id eſt manifeſtæ ſtultitię in
nitentes, Suſtinebimus ut illi ſeſe ſepa
rent a nobis tamq̃ paleā ab area, ita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

tamē ut propter illos non deſeramus noſtros quāquā & in hac re non committemus ut non quęramus clemētiſs Principis noſtri & conſilium & auxilium. Nam licet Ipſi non eſt mādatū ut doceat & ſpiritualia gubernet, tamen debet ut ſecularis Poteſtas, ſumme curare & agere ne diſſidia, ſectę, & ſeditiones exoriantur in ſubditis. Quēadmodū & Conſtantinus Cæſar Epiſcopos uocauit Niceam, quando neq; uoluit neq; debuit ſuſtinere diſſēſionem quā excitauerat Arrius in Imperio inter chriſtianos, & ex hortatus eſt et adegit eos ad ſanam ac concordem doctrinam & fidem.

Deus autem Pater miſericordiarum, det nobis per Ieſum Chriſtum dilectum filium ſuū, Spiritū concordiæ & fortitudinis ut faciamns eius

uolun

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uoluntatẽ. Nam quantũuis ſũme con
cordes fuerimus, tamen maximũ erit
nobis negotium ut bona faciamus &
perſtemus in potẽtia dei, quid ergo fu
turũ eſſet, ſi inter nos diſcordes & diſ
ſimiles fuerimus? Diabolus per tot
tẽpora hactenus neqꝫ bonus neqꝫ ſanc
tus factus eſt neqꝫ fiet inęternũ. Ideo
uigilemus & ſtudeamus ſpirituali uni-
tati, ut Paulus docet, ut contine
amus nos in uinculo charita-
tis & pacis Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

242

INDEX HVIVS INSTRVCtionis.

De doctrina.
De decem preceptis.
De uera ac chriſtiana oratione.
De Tribulatione uel Cruce.
De Sacramēto Baptiſmi.
De Sacramento Corporis & ſanguinis dñi
De uera ac Chriſtiana Pęnitentia
De uera ac chriſtiana Confeſſione
De uera ac Chriſtiana ſatiſfactione pro peccatis
De Eccleſiaſticis hominū ordinationibus
De Matrimonio
De Libero Arbitrio
De Libertate chriſtiana.
De Turcis.
De quotidiano exercitio in Eccleſia.
De uera ac chriſtiana excommunicatioē
De ordinatiē SupAttēdentis.
De Scholis & tribus claſſibus earū.

De Doctrina.

HOc deeſſe quibuſdam deprehendimus, ꝙ docent quidem de fide qua iuſtificamur, ſed non ſatis explicant, qui ad eam fidem perueniatur. Et hii fere omnes alterā partem doctrinę chriſtianæ predicādo omitteant, ſine qua nemo intelligere poteſt quid fides ſit. Nā chriſtus dicit Lucę ultimo, In nomine ipſius predicari oportere pęnitentiam & remiſſionem peccatorum.

At nunc multi tantum dicunt de Remiſſione peccatorū nihil uero aut parū de Pęnitentia, cum tamen abſq; penitētia non ſit remiſſio pęccatorū, neq; poſſit ſine pęnitentia intelligi remiſſio peccatorum, quæ ſi doceatur ſi

ne pę

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ne pęnitentia, putant homines ſe accepiſſe remiſſionem peccatorum & fiunt ſecuri abſqꝫ timore. Id quod eſt maior error quā antehac omnes alii errores, ut metuendum ſit, quēadmodū Chriſtus dicit Matth. xii. ne nouiſſima fiant peiora prioribus.

Iccirco docuimus & exhortati ſumus Paſtores, ut quēadmodū debent integrum predicent Euangeliū, non alterā eius partē ſine altera, iubet enim deus Deut: iiii. Verbo ſuo neqꝫ addendum neqꝫ detrahendnm. Noſtri predicatores accuſant Papam ꝙ multa addidit uerbo dei, id quod nimium uerū eſt. At qui non predicant pęnitentiam magnā partem auferunt a uerbo dei, & interim dicunt de edendis carnibus & ſimilibus q̄ minora ſunt, quę tamē

ipſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ipſa ſuo tempore non ſunt tacenda/ ut contra tyrannos defendamus chriſtianam libertatem. Hoc aūt queſo quid aliud/ eſt quam ut Chriſtus ait Matth xxiii. colare culicē, & glutire camelū.

Admonuimus itaq; eos ut diligenter & ſæpe adhortentur homines ad pęnitentiam, diſplicentiā, dolorem ſiue ut uocamus contritionē de peccatis, ut pudefiant & terreantur coram iudicio dei. Maxime uero non negligēdam ſibi ſciant predicatores illā maxime neceſſariā partem uerę pęnitentię qua hypocriſis dānatur. Nam & Ioannes & Chriſtus grauius increpant Phariſeos propter ſanctam Hypocriſim/ quā uulgares peccatores. Sic etiā predicatores craſſa uulgi peccata reprehendant. At ubi falſa ſanctitas eſt

illic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

illic durius multo ad pęnitentiam exhortentur.

Nam quamuis quidam exiſtimēt nihil eſſe docendū ante fidem, ſed pęnitentiā ex fide ſequentē, ne aduerſarii dicant nos priorem doctrinā recantaſſe, tamen hoc intuendum eſt, quando pęnitentia & Lex pertinent ad generalem fidem (neceſſe eſt enim ante credere ꝙ deus eſt qui comminatur, mandat, terret etc.) pro uulgo & rudibus prodeſſe, ut ſinamus tales huius fidei partes manere ſub hiſce nominibus, Pęnitentia, Precepta, lex Timor, etc. ut ita certius intelligant fidem illam in chriſtū, quam appellant apoſtoli fidem iuſtificantem id eſt que iuſtos nos facit & peccata delet, id quod fides de preceptis & pęnitētia licet non facit, tamen interim rudis quiſq; er-

rat in uocabulo fides & ſuſcitat queſtiones nulla utilitate.

DE DECEM PRECEPTIS
De fide & bonis operibus.

IGitur ipſi ſępe ac diligenter predicent decem Precepta & interpretentur, addendo quēadmodū deus punire uelit ea non ſeruantes, id quod ſæpe fecit temporali etiā pęna. Talia enim exempla ſcripta ſunt, ut hominibus oſtendātur per predicationem, quēadmodum angeli Gene: xix. dixerunt Abrahæ de perditione Sodomorū, futurū ſcientes ꝙ hoc indicaturus eſſet ſuis poſteris ut diſcerent timere Deum.

Similiter & quędam ſpecialia uulgi & aliorum uitia dānent, ut adulte-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

rium, Ebrietatem, inuidiam, odium, & oſtendant quam iſta deus punierit, quo declarauit grauius ſe puniturum poſt hanc uitam niſi emendent uitam. Atq; hoc modo admoneantur homines ad timorem dei, ad pęnitentiā, & contritionē contra contēptū & cornalē ſecuritatē. Ideo & Paulus dicit Ro: iii Per legem uenit cognitio peccati, hec aūt cognitio peccati nihil aliud eſt quā uera contritio.

Cum hac doctrina prodeſt predicare de fide, ut quiſquis pęnitet & dolet de ſuis peccatis, credat ſibi remitti peccata non propter noſtra merita ſed propter Chriſtū. Tum ſi contritum & territū cor, audiens ſibi remitti peccatū propter Chriſtum, inde pacem, conſolationē & gaudiū concipit, Hęc proprie uocatur fides coram

deo nos iuſtificans, Et admoneant po
pulum hanc fidem eſſe non poſſe ſine
ſeria contritione & terrore coram deo
exiſtente, ut ſcriptū eſt Pſal: cxi. & Sy-
rach, Initium ſapientię eſt timor dn̄i.
Et Eſaię ult: Ego reſpicio ad illū qui
eſt miſer & confracto ſpiritu & qui
contremeſcit ad uerbum meum.

Hæc autem ſępe doceantur, ne ho
mines falſo opinentur ſe habere fidē,
cum longe abſint ab ea, & declaretur
illos ſolos in fide eſſe poſſe qui ueram
contritionem habent de ſuis peccatis,
Vbi autem contritio non eſt, fictā &
pictam eſſe fidem, Vera enim fides
adducit ſecum conſolationē & gau-
dium in dn̄o, tale aūt gaudium & con
ſolatio nou ſentitur ubi non eſt contri-
tio & terror qn̄eadmodū ait Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Matth xi. Pauperes euangelizantur.

Hæc duo ſunt priores partes chriſtianę uitę, Pęnitentia uel contritio uel dolor & fides per quam accipimus remiſſionem peccatorũ & iuſtificamur coram deo, Vtrũq; in nobis creſcere & augeri debet.

Tertia pars chriſtianæ uitę ē facere bona opera, quæ ſunt Caſtitas, Diligere proximũ, eum iuuare, non mentiri, non decipere, non furari, non occidere, non querere uindictá, non uindicare propria poteſtate etc.

Atq; ideo iam iterum debent prędicari diligenter decē precepta, in quibus omnia bona opera comprehenduntur.

Que uocãtur bona opera, non ideo ſolum q bona ſunt proximo noſtro, ſed

ſed etiam ꝙ deus ea precepit, propter quod & Deo placent, Neqꝫ uero placent illi qui bona opera non faciunt, quēadmodū Michę vi. dicitur. Dictū eſt tibi o homo quid bonū ſit & quid dn̄s requirat a te, nempe ut ſerues uerbum dei, exerceas charitatem, & ſis humilis coram Deo tuo.

PRIMVM PRECEPTVM.

PRimum igitur mandatum docet timere Deum, quia ibi Deus minatur ſuis contemptoribus. Docet etiam in Deum credere & ei fidere, quia deus promittit ſe benefacturum diligentibus ipſū, id eſt, qui ſperant omnia bona ex ipſo, quēadmodum dicitur Eſa lxiiii. & i. Corinth. ii. Oculus nūquā

uidit

uidit, nec auris audiuit, nec aſcēdit in cor hominis quod preparauit Deus diligentibus ſe.

Secundum Preceptum.

SEcundum Preceptum docet, ne abutamur nomine Dei. Hoc autem eſt recte uti nomine Dei, Ipſum inuocare in omni neceſſitate fide cordis, ſiue ore id fiat ex ſpiritu ſiue ſolo ſpiritu, quēadmodū precipit pſal. L. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & tu honorificabis me, & ibidē dicit Deus, hūc eſſe uerū cultum quo ipſe colatur, inuocare ipſum & orare ut auxilietur, & ſimul pro beneficiis eius gratias agere, ait enim. Et tu honorificabis me, Item Sacrificās laudem honorat me, ibi eſt uia ut oſtendam ei ſalutem Dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Hic etiam exhortentur Paſtores
populum ad orandum, Hæc enim eſt
impletio huius precepti, orare id ē de
um inuocare ut auxilietur in omni ten
tatione, Inſtruantqꝫ homines ut ſciant
q̇d ſit orare, & quēadmodū orādū ſit.

De Vera ac Chriſtiana Oratione.

PRimum doceant ꝙ Deus prece-
pit orare, quemadmodum ergo
grande peccatum eſt occidere, Ita etiã
peccatum eſt a deo nihil petere uel de-
ſiderare, Hoc preceptum merito nos
extimulauerit ad orandū, quando De
us non ſolū benignus eſt ut iuuet oran
tes, ſed etiam iubet ut oremus Lucę
xviii. & alias ſępe. Hoc Paſtores ad-
monere populū debent. Si quis Prin-
ceps non ſolum daret quæ quiſqꝫ uel-
let, ſed etiam mādaret ut quod quiſqꝫ
ſibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ſibi neceſſarium ducit rogaret, illum
quis non amaret? quis non rogaret?
Quanto deus plus rogatur tanto libē-
tius impertit. Vt dicitur Ephe: iii. Po
tēs eſt plus dare q̄ȝ nos rogamus aut
cogitamus, & Eſa: lxv Antequā cla
mēt exaudiam eos

Secundo ꝙ preterea Deus promi-
ſit exauditionem Luce xi Matth: vii,
Petite & accipietis, querite & inuenie
tis, pulſate & aperietur uobis, Itē Pe-
tite & dabitur uobis, Hiſce promiſſi-
onibus confidamus, nec dubitemus
Deum exauditurum preces noſtras,
quēadmodum Chriſtus ait Marci xi.
Dico uodis quicquid in precibus ueſ-
tris oratis, credite tantum ꝙ accipie-
tis, & fiet uobis,

Neqȝ nos deterreat ꝙ peccato
res ſumus, Non enim propter meri-
ta noſtra

ea noſtra ſed propter ſuam promiſſionem ipſe nos exaudit. Sic enim dicitur Michę ult: Preſtabis promiſſionē Iacob, gratiam Abrahę, quēadmodum olim iuraſti patribus noſtris.

Veruntamen peccatoris & hypocritę oratio non exauditur, quem non pęnitet ſui peccati & hypocriſis, De talibus enim dictum eſt in Pſal. Clamant & non eſt qui ſaluet, ad dn̄m ſed non reſpondet eis.

Quos autem pęnitet & credunt deū remittere peccata propter Chriſtum, non mittāt orationē propter preterita peccata & hypocriſim, Non enim uult deus deſperationē, ſed uult nos credere ꝙ ipſe exaudit & iuuabit nos. Iccirco Paſtores docere debent ꝙ ad orationem requiritur fides exaudi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

tionis, Iacobi i. Poſtulet in fide nihil hęſitans, quia qui dubitat ſimilis eſt fluctui maris qui a uento impellitur & mouetur non exiſtimet homo ille ſe quicquã a dño accepturum.

Nec hoc eſt aliquid orare ſi quis dicat multa pater noſter aut multos pſalmos, non expectans aut ſperans auxilium dei, tantum ut compleat numerum precularum, Immo talis homo nullum habet deum, & fit ei quod pſal: cxv. dicit. Deus eius habet aures & non audit, hoc eſt. Ipſe fingit ſibi deum qui tamen non audiat.

Tertio ꝙ ſit aliquid petendum uel temporale uel eternũ, Immo ꝙ quiſqꝫ debeat ſuam deo proponere neceſſitatem, Alium premit paupertas, aliũ morbus, Alium peccata, quoſdam in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

fidelitas & alii defectus, Multi que-
runt auxiliū alii a Sancto Anthonio,
alii a Sancto Sebaſtiano etc. cum ta-
men auxilium tantum a deo querendū
ſit.

Quod ſi non ſtatim auxilium ue-
nit, non tamen propterea ceſſandū ſit
ab oratione ut docemur Luce xviii.
quia ita deus noſtram fidem exercet.
Si etiam deus nihil eorum daret quæ
poſtulamus tamen non eſt nobis dubi
tandum de exauditione, ſed ſciamus
alia & meliora illum nobis daturū, id
quod eius clementie comendandū eſt,
nec tempus aut modus ei preſcriben-
dus. Mirum quam diſtulerit dare A-
brahe & aliis patribus terrā ꝓmiſſā,
Talibus exemplis abundat ſcriptura.

Tertium Preceptum.

Tertiū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

TErium preceptum docet ſancti-ficare Sabbatum, Quamquam autem Deus externū ſabbatū non ita nobis preceperit atq; Iudeis, quibus nullum manuariū opus facere in ſab-bato licebat, tamen ſeruamus etiam nos quaſdam ferias ſolemnes, ita ut in eis uerbū dei audiatur & diſcatur, & homines norint certa tempora con-ueniendi ad uerbum etc.

QVARTVM Preceptum & de Obedientia erga magiſtratū.

QVARTVM preceptum do-cet honorare parentes & eis obedire, hic diligenter incul-cetur rudibus promiſſio dei, Exo: xx Qui honorat parentes, diu uiuet ſuper terram, id eſt proſpere ſuccedet ei per

totam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

totam uitam, & male cedēt omnia iis qui non honorant parentes & non obediunt eis, quēadmodum Cham maledictus eſt a ſuo patre Noe Geñ: ix. Maledictus inquit ſit Canaan & ſit ſeruus ſeruorū inter ſuos fratres, quēadmodū & Abſoloni male accidit qui Regno eiecerat patrē ſuū, tandē enim e quercu pendēs horribiliter periit. ii. Samuelis xviii. quēadmodū Iacob maledixit ſuū Rubē ꝙ fędauerat cubile patris Gene: xlix. Non eris inquit dn̄s inter fratres etc. Siquidem ualde prodeſt docere homines ꝙ omnia bona & felicitas a deo ueniunt, ſimiliter & infauſta, ſed hæc dei contemptoribus, ita Deum timentibus & mandata eius obſeruantibus, Immo ſi deus etiam crucem mittit piis, tamen iuuat eos & conſolatur etiam corporaliter,

non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

non ſolū ſpiritualibus bonis pſal.xxx
iiii.Multe tribulationes iuſtorum,ſed
ex his omnibus liberabit eos dn̄s, Et
totus pſal: xxxvii. docet,non indigne
ferendū malum etc. Neqꝫ uero paruū
delictum eſt ꝙ homines doctrina non
urgentur ut omnia etiā corporalia bo
na diſcāt ſperare & deſiderare a deo
in his enim fides exercenda eſt.

Neqꝫ uero neceſſe eſt ſubtiliter diſ
putare de merito, num Deus talia do
net propter noſtra opera. Satis fuerit
docere, ꝙ Deus hæc opera exigit, &
donat mercedem, propter ſuam pro
miſſionē quam promiſit ſine merito
noſtro

Hoc autē ut doceatur neceſſarium
eſt, ꝙ deus remittit nobis peccata ſine
omni noſtro opere, tantum propter
Chriſtū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Chriſtum. Deus enim ita inimicus eſt peccatis, ut nullius creaturę opus pro eis ſatiſfacere poſſit, Solum filiũ Dei pro peccatis oportuit immulari.

Multi clamant inconſiderate, Bona opera nihil merentur, Melius fuerit urgere homines ad bona opera, & negligere ſubtiles diſputationes. Nã uerũ quidẽ eſt ꝙ deus dat bona propter ſuã promiſſionẽ, non propter noſtra opera, tamẽ oportet fieri bona opera que deus mandauit.

Ideoq; ſerio rudes ſunt inſtruendi, quam horrende Deus puniat omnigenis malis eos qui non honorant parentes, permittit enim eos ruere in ignominiam, paupertatẽ, morbos & alia mala.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

262

Hic etiam docē dum eſt quēadmodū parentes debitores ſint ad hoc ut erudiant filios ſuos ad Dei timorem, ad audiendum & diſcendum dei uerbū Sic ait Salomon Prouer: xxii. Stulticia colligata eſt in corde pueri, uirga aſpera fugabit eam, Et Paulus Ephe. vi, Patres ne prouocetis ad iram liberos ueſtros ſed educetis eos per eruditionē & correptionē Dñi, Huc pertinet exemplum Eli, i, Samuelis ii, quē deus corripuit excludens eum & a ſacerdotio & a uita, ꝙ ſerio non erudierit filios, Nunquam iuuentus adeo contempſit omnia atq; nunc, ut uidemus quam pauci audiant aut curēt parētum autoritatē, Hinc ueniunt multę in mundū plagę abſq; dubio, ut bella, ſeditiones & alia mala.

Ad hoc preceptum etiam pertinet

Seniores

Seniores honorare, Itē honorare preſ
byteros qui ſeruiūt nobis uerbo dei,
Sunt enim miniſtri uerbi dei, & nos ꝑ
ipſos uerbū dei habemus/ ut Paulus
ſcribit i. Timo: v. Preſbyteri qui be-
ne preſunt duplici honore digni ſunt,
maxime qui laborant in uerbo & doc
trioa.

Item huc pertinet obedire Magiſ
tratui, Tria aūt dicit Paulus Ro: xiii
quæ debemus Magiſtratui. Primum
Tributū. Iccirco uectigalia, pecuniā,
& laborem corporalem ei pendimus.

Secundū/ Timorem, id eſt, ut ſerio
Magiſtratū timeamus, ita ut ſi magiſ
tratus non poſſit uindicare inobedien-
tiā noſtrā tamen ſciamus Deū uindi-
caturū, qui Poteſtatē ordinauit & de-
fendit, hinc omnes qui unquā ſeditioſi
fuerūt male perierūt, Ro: xiii. Qui re

ſiſtit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui aũt reſiſtunt iudiciũ ſibi acquirũt, Id quod etiã Salomon dicit ꝓuer: xxiiii. Fili mi, time Dñm & Regẽ, & cũ ſeditioſis ne commiſcearis, ſubito enim ueniet ꝑditio eorũ, & quis nouit tempus quando utriq; peribunt?

Prodeſt etiã exempla proponere, ꝙ Deus ſępe puniuit ſeditioſos, ut Dathan & Abiram Nu: xvi. qui reſtiterunt Moſi. Terra enim aperiens ſe uorauit eos cũ tabernaculis ipſorũ & cũ omnibus hominibus qui apud Korah erant, & cum omni poſſeſſione ipſorum, ita ut deſcenderẽt uiui in infernum cũ omnibus ſuis bonis, & terra operiret eos, Preterea exiliens ignis uorauit ducentos quinquaginta uiros qui thura adolebant.

Abimelech, ut ſcribitur Iudicũ ix.

quando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

quando contra domum defuncti Gideonis egerat, occiſis eius filiis lxix. a turri in Thebez per mulierem particula molaris lapidis coniiciebatur ſuper caput eius & turpiter periit.

Siba qui auerterat populū Iſrael a Dauide, ii Samu: xx. capite plectitur

Abſolon in Patrem ſeditioſus tandē a quercu pepēdit ii. Samuelis xviii

Zambri uel Simri, qui coniurauit aduerſus dn̄m ſuū Ella Regem Iſrael & occidit eum, tantum ſeptem diebus manſit rex. Nam rex Amri obſedit eum in Thirza, unde cū uideret ciuitatem tradendā, ingreſſus in regiā domū ſe cū ipſa concremauit iii. re: xvi

Videmus quoq; aperte q̄ Deus nunquam talē audaciā ſinit inultam, Homicidiū enim nunquā impune fit,

quem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

quēadmodū & Chriſtus dicit Matth xxvi, Qui gladiū acceperit, gladio peribit, id eſt, qui propria temeritate ſine mandato Magiſtratus gladiū accipit etc. Talia dicta ſunt multa in ſcripturis, que debent populo diligenter inculcari, ut ꝓuer: xvi. Ira regis nūcius eſt mortis, ſapiens aūt uir placabit eā Et prouer: xx. Terror regis eſt ut rugitus leunculi, qui irritat eum peccat in animā ſuam.

Tertiū quod debemus Magiſtratui, eſt honor, Quid enim fuerit, opinari nos ſatiſfeciſſe Magiſtratui cū tributū & laborē corporalem dedimus? Longe meliorem ſeruitutē erga magiſtratum p̄terea requirit a nobis Deus, nempe Honorē. Primus honor eſt, ꝙ agnoſcimus magiſtratū nobis a Deo datū & ꝙ Deus ꝑ hunc nobis multa

dat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

dat bona, Niſi enim Deus in mundo ius & poteſtatē conſeruaret, diabolus qui homicida eſt, ubiq; omnia homicidiis compleret, ne uſquā tuta eſſet uita noſtra, uxores & liberi,

Deus aūt conſeruat Magiſtratum, & dat per eum pacem, corripit temerarios & eos impedit, ut nobis liceat uxorem & liberos tuto nutrire, filios educare in diſciplina, timore & cognitione dei, eſſe tutos in edibus noſtris, in plateis etc. ut alius aliū iuuet, conueniamus & cohabitemus, Hec ſunt mera cęleſtia dona, quę uult deus a nobis agnoſci, nempe ſua eſſe dona, uultq; a nobis Poteſtatē ut ſuā miniſtram honorari, noſq; Magiſtratui gratos eſſe, ꝓpterea ꝙ Deus per eum nobis talia ingentia dona tribuit.

Igitur ſi quis ipſum Deū ita in Ma

giſtratu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

giſtratu uidere poſſit, is ſyncere ex ani
mo diligeret Pateſtatē, & qui attēdit
quæ bona per Magiſtratū habemns,
is cogetur ſūmas ei agere gratias. Si
ſcires quēpiam tuū filium a morte eri
puiſſe, nonne ex corde gratias ageres
ei? Cur ergo non gratus es Magiſtra
tui, qui te, filios tuos & uxorē a quo-
tidiana ꝑditione eripit? Quando enim
unquam tuti eſſemus, ſi non malis ho
minibus reſiſteret, Poteſtas a Deo or
dinata eſt. Ideoq; cū reſpicis uxorē &
liberos, ſic cogitato. Hæc ſunt dona
Dei, quę licet mihi conſeruare ꝑ Ma-
ieſtatē, qnantū aūt illa dei dona amas
tantū amare debes & Poteſtatē, Quā
do aūt uulgus talia bona, nempe pa-
cem, Ius, pœnam malicioſorū, non ag-
noſcit, pro concione diligenter tractā
da ſunt & inculcanda.

Secundus honor & ſũmus eſt, fideli
ter ꝓ Magiſtratu orare, ut Deus ipſi
det gratiam & intelligentiam regendi
bene & in pace, quẽadmodũ Paulus
dicit i. Timo: ii. Adhortor inquit ut
ante omnia fiant deprecationes, obſe-
crationes, interpellationes, gratiarum
actiones ꝓ omnibus hominibus, pro
Regibus & omnibus in eminẽtia con-
ſtitutis, ut placidã & quietam uitã de-
gamus cum omni pietate & honeſtate
Nam hoc bonũ eſt & acceptũ corã ſer
uatore noſtro Deo. Et Baruch i. Ora
te ꝓ uita Nabugodonoſor regis Baby-
lonis & filii eius Balthaſaris, ut ſint
dies eorum ut dies cęli ſuper terrã, &
ut det nobis Deus fortitudinẽ & illu
minet oculos noſtros, ut uiuamus ſub
umbra & ꝓtectione regis Nabugo-
donoſor & filii eius Balthaſaris, Quã
do

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

do enim pax diuinũ donum eſt, debemus eam a deo poſtulare.

Dicunt aliqui. Quomodo poteſt eſſe magiſtratus a deo, quando multi iniuriis & tyrãnide ad dominationẽ ꝑuenerint, ut Iulius, & ſcriptura nominat Nimrodem uenatorẽ propterea ꝙ rapuit aliena Gen. x

Reſponſio. Quando Paulus Rom. xiii. dicit Poteſtatẽ eſſe a deo, non eſt intelligendũ, ꝙ poteſtas ſit talis a deo ꝑmiſſio & plaga, quẽadmodum homicidium aut aliud quod fit grãde uitiũ, a Deo iuſte permittitur contra nos, Sed potius intelligendum eſt, ꝙ Poteſtas ſpecialis ordinatio & opus Dei eſt. Sicut ſol a deo creatꝰ eſt, aut ſicut coniugium ab ipſo inſtitutum eſt, Sicut uero malicioſus homo non bona uoluntate ducit uxorem, ita abutitur

quoq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

quocꝫ tyrãnus bona dei ordinatione,
ut Iulius, & Nero etc. Interim tamen
ordinatio qua conſeruãtur & Iura &
Pax, eſt bona creatura Dei, etiã ſi per
ſona abutẽs ordinatione faciat contra
leges & pacem.

Simul tamen debent predicatores
Poteſtatẽ fideliter admonere, ut ſub-
ditos in pace, ſub legibus ſiue iure &
defenſione contineãt, Viduas, orpha-
nos protegãt, necꝫ eos per contemptũ
ut pecora ęſtimẽt, quẽadmodũ Deus
Ieremię mandauit, Iere. vii predicare
toti populo Iuda, adiecta ꝓmiſſione ꝙ
habitaturus eſſet apud ipſos, Paulus
etiã Col. iii. ſic ſcribit, Vos dñi preſ-
tate erga ſeruos quod iuſtũ & ęquũ eſt,
ſciẽtes & uos dñm habere in cęlis, qui
ſuo tẽpore malos magiſtratꝰ uiſitabit

Roboã enim filius Salomonis ual-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

de potens rex grauauit populũ ſuũ ex
conſilio iuniorũ ſpretis melioribꝫ con
ſiliariis, Poſtulante aũt populo ut re/
miſſius ageret erga ſe, reſpondit. Mini
mꝰ digitus meus craſſior erit uobis ꝙ̃
fęmora patris mei. Pater meus impo
ſuit uobis graue iugũ, ego autẽ illiud
grauus faciã, Ille cecidit uos flagellis,
ego aũt cedã uos ſcorpionibus. Prop/
ter hoc defecerũt a Roboam ſiue Re/
habeam omnes Iſraelitę, preter ſolos
filios Iſrael qui habitabant in ciuitati/
bus Iuda, ut legitur iii. reg: xii. Vna
tribus Iuda tantũ ei reliqua manſit cũ
Beniamitis, & decẽ tribus defecerunt
ad Hieroboã, ut ibidẽ ſcribitur c: xi

Interim ſubditi admonendi tamẽ
ſunt, non minus obediendũ durę etiã
Poteſtati i. petri ii. Vos ſerui ſubditi
ſitis in timore dñis non ſolũ benignis
& mo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

& modeſtis, ſed etiam prauis, Siquidem uiuit adhuc Deus qui dicit Deut xxxii. Mea eſt uindicta, Ego retribuā. Is uicē reddet prauis Magiſtratibus.

Quidam dubitant, num liceat uti legibus a Cęſaribus aut gētilibus factis, in cauſis pertinentibus ad poſſeſſionē rerū aut ad uindicandum mala. Similiter an liceat ſuſpendere fures, quādo lex Moſis aliter docet Exo: xx.

Ideo ſciendū eſt ꝙ nobis iure uti licet Cęſareis legibus, aut aliorum ſub quibus uiuimus. Sic enim ait Petrus, i. pet: ii. Subditi ſitis omni humanæ ordinationi propter dn̄m, ſiue regi ut ſūmo, ſiue p̄ſidibus ut ab eo miſſis ad uindictā malorū laudē uero bonorū.

Quēadmodū neq; circūciſio nobis mandata eſt, ita neq; mandatū eſt, ut leges iudiciorū Moſis ſeruemus, & A

poſtoli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

poſtoli aiunt Act: xv. Onus legis non
imponendū eſſe gentibus. Neq; neceſ-
ſe gentes fieri Iudęos, quę poſſunt rec
te gentes manere, id eſt, Ipſe in cauſis
ciuilibus poſſunt gētiles ordinationes
ſeruare, diuidere res non ut Moſes iu
bet, punire non legibus Moſis ſed ſe-
cundum ſuas leges

Moſes in Exo: Leuitico, Numeris
Deutronomio, p̄cipit de decimis ſolis
ſacerdotibus perſoluendis, Nos autē
decimas debemus dare iis quibꝰ Ma-
giſtratns noſter ordinauerit dandas.

Moſes dicit. Primogenitus duplū
pre fratribus ſuis accipiat in hęredita
tem. Nos autem ſecundum leges noſ-
tras diſtribuimus fratribꝰ hęreditatę

Moſes docit Exo xxii. fures mulctā
dos, ut reddāt quandoq; duplū, quan-
doq; quadruplum. Apud nos poſſunt

ſeruari

ſeruari in talibus leges terrarũ noſtra
rum. Conſultũ tamen foret, ut hic age
retur contra fures cum diſcrimine, &
non ſemper ut uocant ſtricto iure. Si-
quidem experimur ſępe minima fur-
ta, tã ſerio iudicari ut maxima, cũ inte
rim ad maiora ſcelera conniueatur etc

Veteres p̄terea leges etiã ſi graues
ſint non abolende ſed ferende ſũt, ꝓp-
ter pacẽ. Sciebant maiores noſtri qui
tales leges ſtatuerunt ꝙ noſtris homi
nibus qui audaces omnia contemp-
nũt talibus legibus & pęnis opus eſſet

Iccirco quiſqȝ utatur legibus ſuæ
terrę, hic enim eſt unus exgradibus
chriſtianę libertatis ut Paulus ait Col
iii. ꝙ Chriſtianus non eſt Grecus, Iu-
deus, Circũciſio, pręputiũ, Barbarus,
Scytha, ſeruus, liber, ſed omnia in om
nibus Chriſtus. Et Paulus Rom: xiii.

confimat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

confirmat gentiũ leges, quando do-
cet, omnẽ Poteſtatem eſſe a Deo, non
ſolũ apud Iudeos ſed etiã apud gẽtes.
Item ꝙ oportet nos ſubdi omni poteſ
tati non ſolũ Chriſtianę ſed etiã gẽtili.

Omnes tamen leges iſtã legem ſer
uent, ut doceant, quẽadmodũ Paulus
ait Ro: xiii. Laudare benefacta & pu
nire malefacta. Et quamuis duriores
quandoqꝫ ſint contra duros quam lex
Moſis, Non tamen propterea ſunt in
iuſte

Hęc ideo ſcribũtur, quia ſũt qui cla
mant contra communes leges de deci-
mis & ſuſpendio & ſimilibus, unde
ante aliquot annos exorta eſt ſeditio
ruſticorũ, Tales clamatores puniendi
ſunt, ut ſeditioſi, Nos enim timere de
bemus omnes ciuiles leges & ordina-
tiones, ut dei uoluntatem & dei legem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Salomon enim ait ,puer: xvi Prophe‑
tia eſt in labiis regis, id eſt, que poteſ‑
tas ſtatuit aut mandat ſecundū leges
& iura ſeruanda ſunt ut Dei ordina‑
tio. De quo multa ſcribuntur Ro: xiii

Hic etiā admonendi ſunt homines,
ut cenſus quos quiſq; debet, fideliter
perſoluant, Et licet quidā contractus
grauent, tamen quiſq; debitor eſt ad
ſoluendū, quia & ſe obligauit, & obe‑
dientiam debet Magiſtratui ut pax in
terra noſtra ſeruetur, Quid enim non
uelle cenſus, aut aliud debitū ſoluere,
aliud eſt, quā rapinā & homicidia pro
curare

Preterea qui chriſtiano nomine
glorientur debent preſtare charitatē,
quæ ſponte fert omnia onera, & dat
ſua etiā quibus ſecundū leges nihil de
bet, ſoluet etiā illa debita quibus mi‑
nus

278.

nus iuſte grauatur, Non quęrit uindictam propria poteſtate, ut Chriſtus docet Matth v. Hūc uero honorē merito haberemus Chriſti euāgelio, ut ſoluentes fideliter quę debemꝰ non daremꝰ aliis anſā Euāgelii & blaſphemādi & contēnendi, quemadmodū iſtā occaſionem dant, qui ſub nomine Euangelii exiſtimant ſeſe liberandos a cenſibus & aliis ciuilibus oneribus, Poteſtas enim a Deo ordinata debet abolere iniuſta onera, uſuras, & iniquas exactiones. Debet enim iniuſticiā dānare & quod iuſtū eſt defendere Roma xiii

Alia precepta interpretatur Chriſtus ipſe matthei v. & Catechiſmi conciones ędite ſunt. Ideo hic de ęis non repetimus,

De tribulatione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

De Tribulatione Vel Cruce Chriſtianorum.

AD tertiã Chriſtianę uitę partẽ, de qua diximus, id eſt, ad bona opera, pertinet etiã, ut ſciamus quemadmodũ in tribulatione ſit ſentiendũ.

Primum docendi ſunt homines ꝙ omnis tribulatio ſiue ſpiritualis ſiue corporalis(ut paupertas, morbus, periculũ puerorũ, rerum, pecorũ etc. fames & alia) nobis mittitur a Deo, ut per hanc Deus nos exhortetur & prouocet ad pęnitentiã i. Corin: xi. Cum iudicamur a Dño corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur

Deinde non ſatis eſt ſcire tribulationẽ eſſe a Deo, ſed etiã diſcere oportet ꝙ in ea Deus inuocãdus eſt, & con

fidendū q̄ ipſe iuuabit, quēadmodū ante de oratione dictum eſt ex pſal: L. Inuoca me in die tribulationis, & Ego eruam te

Ad hęc admonendi ſunt ut ſciant noſtri, quā fragilis ſit homo, & quam diabolus ꝑpetuo conetur ad malū nos impellere, ut nos coniiciat in tēporalē & ęternā infamiam & ignominiam & miſeriā, Chriſtus enim ait Io: viii. Diabolus eſt homicida, Et Petr⁹ i. pet: v Diabolus circuit ut Leo rugiens & querit quē deuoret. Iccirco ſemp conſiſtamus in timore dei, Vigilemus & oremus, ut Deus nos gubernet & conſeruet. Hæc enim eſt uera fidei exercitatio, oratione contra talia ꝑicula pugnare, Sic ait Chriſtus Lucę xxi. Vigilate omni tempore & orate

Hæc predicta nos Viſitatores exhortati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

hortati ſumus & inſtruximus Paſto-
res, ut hęc precipua chriſtianę uitę, nē-
pe Pęnitentiā, fidem, bono opera aper
te & bona ordine doceant, & alia plu-
ra omittant ex quibus uulgus nihil in
telligit.

De Sacramento Baptiſmi.

BAptiſmus ſeruetur uc hactenus,
nempe ut pueri baptizentur. Nā
quādo baptiſmus hoc ſignificat quod
Circumciſio olim, & pueri circūcide
bantur, debent & pueri baptizari. Et
ſicut deus dicit, ꝙ uult pueros circūci-
ſos ſuſcipere in ſuam protectionem &
Deus eſſe ipſorū Ge: xvii. ut, inquit,
ſim deꝰ tuus & Deus ſeminis tui poſt
te, Ita etiā pueri qui baptzātur ſunt
ſub Dei protectione. Iccirco Deus ſe
rio hic eſt inuocandus ꝓpter hanc ſuā
pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

282.

promiſſionem

Docendi etiam ſunt rudes, ꝙ Baptiſmus hæc bona maxima ſecum adducit, nempe ꝙ Deus eſt protector & curator pueri & ſuſceptor eius

Vt aũt circũſtantes hanc orationẽ & uerbũ Dei in baptiſmo intelligãt, Maxime bonũ eſt & conuenit ut Germanicis uerbis baptiſmus tradatur

Preterea quandoqꝫ cũ de Sacramẽtis predicatur, admonendi ſunt homines, ut recogitent ſuũ ipſorum baptiſmũ, & ſciant baptiſmũ non ſolũ ſignificare ꝙ Deus paruulos ſuſcipit tantum, ſed etiã totam uitã noſtram, ut ita non modo paruulis tantũ baptiſmus ſignũ ſit, ſed etiam prouocet & exhortetur adultos ad pęnitentiã. Siquidem pęnitentia, contritio & dolor per baptiſmum aquę, ſignificatur. Si-

mul

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

mul baptiſmus fidem excitare debet, ꝙ illis quos pęnitet peccatorū, peccata abluta & remiſſa ſunt, Hæc enim fides eſt uerum & perfectū baptiſma.

Non eſt rixandū de Chriſmate, re nequaquā neceſſaria ſed libera. Quia uerū & neceſſariū Chriſma, quo omnes ahriſtiani ab ipſomet Deo unguntur, eſt Spirituſſanctus, ut legis Eſa: lxi. & Ephe: i. etc.

De Sacramento Corporis & Sanguinis domini.

DE Sacramento ueri corporis & Sanguinis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, tria hæc populo proponenda ſunt

Primū ꝙ panis in cęna Dn̄ica eſt uerum corpus chriſti, & uinum uerus ſanguis chriſti, quia ita habent uerba

ba Chriſti in Euangeliſtis Mattheo, Marco, & Luca, Hoc eſt corpus meū quod pro uobis datur, & Bibite ex hoc omnes, hic ē ſanguis meus qui eſt noui teſtamēti qui effunditur pro multis in remiſſionē peccatorū. Paulus ait i. Cor: x. Panis quē frangimus nonne eſt communicatio corporis chriſti? etc. Si ergo ibi intelligeretur non uerū corpus chriſti, ſed ſolum uerbū dei, ut quidam interpretantur, non eſſe panis communicatio corporis chriſti, ſed tātū communicatio uerbi & ſpirit⁹. Dicit quoq; ibidē c. xi. ꝙ hic cibus non debeat eſtimari uulgaris cibus ſed corpus chriſti, & reprehendit illos, qui ſine timore accipiunt ut uulgarē cibū.

Legant etiam Paſtores q̄ ueteres de hoc ſcripſerunt, ut certius & ſe & alios confirmare poſſint. Hilarius octa

uo li

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uo libro de trinitate dicit, nequaquã eſſe dubitandũ ꝙ ibi ſit uerũ corpus & ſanguis chriſti ꝑpterea quia chriſtus hoc dixit

Hoc quoqꝫ certo ſcire debemus, tale miraculũ ſoli fidei notũ, non fieri preſbyteri merito, ſed propterea tantũ ꝙ Chriſtus ita ordinauit, ut ſit ibi corpus & ſanguis eius quando in cęna eius ſiue ad menſam eius ſacramẽto communicamus, ſicut ſol quotidie oritur non noſtro merito ſed ꝑpterea ꝙ Deus ita ordinauit

Secundũ, ut homines inſtruantur ꝙ iuſtũ eſt ut utraqꝫ, ut uocant, ſpecie communicetur, Poſtquã enim (ſit deo gratia) in lucem prodiit ſanctũ Euangeliũ, unde clarum huius rei habemus teſtimoniũ, nempe ꝙ utraqꝫ ſpecies & danda & accipienda eſt, quia chriſtus

ita or

286

ita ordinauit ut indicant tres Euange-
liſte Mattheus, Marcus & Lucas, &
Paulus ita chriſtianis tradidit i. cor:
xi. nulli homini licet mutare hanc di-
uinam ordinationē, quando ne homi-
nis quidē teſtamentū aut ultima uolū-
tas immutanda eſt Gal. iii. multo mi
nus ultima Dei uoluntas.

Itaq; exhortati ſumus Paſtores,
ut hanc doctrinam euangelii de utraq;
ſpecie, ſerio & libere doceant coram
quibuſuis ſiue firmis ſiue infirmis ſi-
ue dura ceruice hominibus, & ut ne-
quaquā alteram tantū ſpeciem com-
mendent aut permittant, ſed condem-
nent ut diaboli mandatū, quo condē-
natur inſtitutio et ultima uoluntas ſal
uatoris & dñi noſtri Ieſu chriſti, Vt
hæc doctrina libera, pura & manifeſ
ta progrediatur.

Si qui

Si qui aũt Dura ceruice ſunt, qui non cedentes manifeſtę ueritati neq; diſcere neq; facere uolunt quod chriſtus inſtituit, Apoſtoli docuerũt, ſãcta Eccleſia ſeruauit & ſeruat, ut ſponſa obediens marito Chriſto, illis nequaquam una ſpecies danda eſt, (ſpeciem enim noſtris uocare libuit in his poſtremis tẽporibus) ſed relinquendi ſũt ut ſponte dãnati, queẽadmodũ Gal: ii ſuũ Titũ non uoluit circũcidi ſecundũ uoluntatẽ ꝑtinaciũ Iudeorũ qui chriſtiani eſſe uolebant, attamẽ libertatem Chriſtianã ꝑtinaciter condemnabant. Qui enim ſic ſunt pertinaces, non ſolũ ſunt infirmi in uſu doctrinę, ſed etiã ipſam doctrinã per hoc uolunt condẽnatam & iniuſtam haberi, hoc non eſt omnino ferendum.

Tertiũ, eſt optimũ & ſũme neceſſa

 rium,

rium, ut doceatur quis ſit uſus accipi
endi ſacramenti, & quẽadmodũ te ad
hoc pares.

Primo doceant paſtores quã grãde
peccatum ſit ignominia afficere Sacra-
mẽtũ &non recte eo uti. Paulus enim
ait i. Cor: xi. ꝙ tales ſũt rei corporis
& ſanguinis chriſti, Item ꝙ accipiunt
ſibi ad iudiciũ, Item ꝙ ideo multi ſũt
ęgroti & multi mortui inter chriſtia-
nos, Deus enim dicit in ſecundo p̄cep-
to Exo: xx. Qui acceperit nomen dñi
inuanũ non erit impunitus, abſq; du-
bio etiã non erit inulta hæc ignominia
quę fit corpori & ſanguini dñi. Hoc
debet diligenter inculcari noſtris, ut ui
tent hoc peccatũ, & erudiantur ad ti-
morẽ, pęnitẽtiã & uitę emendationẽ.
Ideoq; non admittantur ad Sacramẽ-
tũ qui iacent in publicis peccatis, adul

terio, Ebrietate & ſimilibus, nec a talibus deſiſtere uolunt.

Secundo Nemo admittatur ad Sacramentū niſi fuerit prius apud paſtorem ſiue predicatorem ſuū, qui debet queq; examinare ut ſciat num de Sacramēto ſatis ſit inſtructus, aut num etiā aliquo indigeat conſilio ex uerbo Dei, niſi fuerit talis pſona de qua certū eſt ꝙ de hiſce omnibus ſit rectiſſime inſtituta, Si enim uel ipſe paſtor aut p̄dicator, qui quotidie in ſana doctrina uerſatur, uoluerit ad Sacramētū accedere ſine confeſſione & examine, non ſit hoc ei per hæc prohibitū Similiter intelligendū eſt de aliis intelligenbus & notis, qui ſeipſos recte admonere ex uerbo dei poſſunt, ne rurſum per noſtros erigatur noua papalis coactio aut neceſſaria conſuetudo ex tali

confeſſione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

confeſſione quã uolumus & debemus habere liberam, Et ego ipſe Doctor Martinus aliquando ſine confeſſione accedo, ne mihi ipſi faciam neceſſariã conſuetudinẽ in mea conſcientia, Rurſum utor ſępe confeſſione nec ea carere uolo, maxime propter abſolutionẽ quæ eſt uerbũ dei, Pueri enim & uulgus aliter inſtituendi & regendi ſunt quam intelligentes & exercitati.

Tertio doceatur, ꝙ illi ſoli digne eſuri & bibituri ſunt, quos uere pęnitet peccati & erroris, & territas habent conſcientias, Contẽptores enim ſecure & abſqꝫ timore dei agentes non debent accedere, quia ſcribitur. Hoc facite in mei commemorationem

Commemorare aũt chriſti mortẽ eſt non ſolũ hiſtoriã paſſionis Chriſti audire, ſed terreri ꝙ Deus tantã irã

contra

contra peccatū concipit & declarat, ut
ꝓpter hoc occidat propriū filiū, Nul
lus angelus, nulli Sancti potuerunt ſa-
tiſfcere pro peccato, ſed Chriſtū qui
Deus ē oportuit ſeipſū immolare etc.
O quā grauis pęna ueniet eis, qui pec
catū leue ducunt, qui tamen audiunt il
lud Deū grauiſſimum iudicare.

Quiſquis igitur uere commemo-
rat mortē Chriſti accipiat Sacramen-
tū & in eo conſolationē, non ꝙ exter-
na Sacramenti ſūptio cor conſoletur,
ſed ꝙ ipſa eſt ſignum conſolationis &
remiſſionis peccatorū. Quod ſignū ad
monet cor ut credat ꝙ Deus pęnitēti
peccata remittit

Cor enim admoneri & excitari de
bet ad credendū non ſolū per ſumptio
nē ſacramenti, ſed etiā per uerba qui-
bus ſacramentū traditur, quia in uer-

bis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

bis promittit Deus remiſſionē pecca
torū. Hoc eſt corpus meū quod Pro
uobis datur, Hic eſt calix noui teſta-
menti, id eſt, noue promiſſionis, ꝓ miſ
ſe iuſticie & uite eterne, In meo ſangui
ne qui pro uobis effunditur in remiſ-
ſionem peccatorum

Ita communicantes accipiunt re-
miſſionē peccatorū non per externam
ſumptionem, ſed per fidem, que per
uerba & ſigna excitatur.

Quarto doceatur, ꝙ hoc gratie ſig
nū non ſolū inſtitutū eſt ad excitandā
fidem, ſed etiā ad ex hortandū ad cha-
ritatem i. Cor: x. Vnus eſt panis, nos
multi ſumus unū corpus, quia omnes
ex illo uno pane participamus, ne fo-
ueamus inuidiā & odium, ſed mutuo
pro nobis ſoliciti ſimus, mutuo nos
iuuemus eleemoſynis & aliis quibuſ-

uis obſequiis nobis a deo mandatis.

Iſte admonitiones pro concione ſępe fiant. Quid enim gerere inuidiā & odiū, nullāq; charitatē exhibere, ac poſtea uelle ꝓ mēbro Chriſti haberi, eſt aliud quā corpus chriſti ignominia afficere

De uera ac Chriſtiana Pęnitentia

PEnitentia etiā inter Sacramenta relata fuit, propterea ꝙ omnia Sacramenta ſignificāt pęnitentiam, & propter alias cauſas quas non opus eſt hic recenſere.

Supra indicauimus neceſſariā eſſe pęnitentię predicationem, & oportere ut arguatur ſecura & impęnitens uita ut nunc eſt in mundo, quæ ex parte uenit ex non uera de fide intelligentia. Nā multi ubi audierunt ſe debere cre-

dere p̄ quod remittantur ipſis omnia peccata, fingunt ſibi fidem & putant ſe eſſe mundos, quo fiunt temerarii & ſecuri, Hęc carnalis ſecuritas deterior eſt omni errore qui hactenus fuit. Ideo ſemp̄ quando de fide predicatur, inſtruendi ſunt homines, ut ſciant ubi fides eſſe poſſit, & qui ad eam perueniatur. Vera enim fides non poteſt eſſe, ubi non ē uera contritio, timor & terror coram Deo

Hoc hominibus inculcare eſt ualde neceſſarium, quia ubi non eſt contritio & dolor de peccato, ibi etiam non eſt uera fides pſal: cxlvii. Beneplacitū eſt dn̄o ſuper timentes eum, qui ſperant in miſericordiam eius. Et Deus ipſe dicit Eze: iii. Quando predicator non arguit auditorum errores & peccata, ſe requiſiturum animas eorum ex ma

nibus

nibus ipſius. Tale iudiciũ ꝓfert Deus contra p̄dicatores, qui conſolantur populũ, dicentes multa de fide & remiſſione peccatorũ, nihil uero de pęnitẽtia, timore Dei & iudicio. Tales p̄dicatores increpat etiã Ieremias c. vii. Dicens non eſſe credendũ iis qui clamãt Pax, Pax, cũ tamen Deus ſit iratus & non ſit pax

Immo timendũ eſt ꝙ Deus hoſce p̄dicatores cum auditoribus grauiter puniet propter hanc ſecuritatẽ. Iſtud enim eſt peccatũ contra quod clamat Ieremias c. vi. Erubeſcere neſciũt. Et Paulus Ephe: v dãnat eos qui ſine dolore cordis in ſecuritate & contẽptu uiuunt, & dicit Scitote ꝙ nullus ſcortator, immũdus aut auarus qui eſt idolorũ cultor hęreditatẽ habet in Regno chriſti & Dei. Nemo uos ſeducat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

inanibus uerbis. Nam ꝓpter hæc uenit ira Dei ſuper filios incredulitatis, propterea ne ſitis conſortes eorum

Igitur uera pęnitentia eſt cordis contritio & dolor de peccatis, & terror corã ira & iudicio Dei. Hęc uocatur cognitio peccati, Mortificatio carnis, contritio etc. ut uideas uaria nomina pęnitentiam habere in ſcripturis

Quidã quando loquũtur de mortificatione intelligunt tantũ carnis refrenationẽ quæ potius eſt opus nouę uitę, ante quod requiritur mortificatio carnis q̃ nihil aliud eſt quam uera de errore & peccato contritio

Aliqui uero ſic loquũtur, ꝙ oportet cognoſcere totã noſtrã naturã eſſe malã etc. quæ uerba uera quidẽ ſunt, ſed quidam putant ꝙ ſe bene cognoſcunt, quando ſimpliciter & ſolum hęc

uerba

uerba cogitare poſſunt, & fiunt ſecuri

Eſt aūt longe aliud cognoſcere ſeipſum & per legem uenire in cognitionē peccati. Hoc eſt enim cognoſcere peccatum, pęnitere & dolere de eo, & terreri ira & iudicio Dei. Quēadmodū Dauid cognouit peccatū quando propheta Nathan ueniens increpauit eū ii. Samuelis xii. Dauid enim iam ante ſciebat ſe peccaſſe, ſed nondū habuit contritionem, ergo neq; ueram cognitionem peccati

Scāna tenentes diſcunt ire pueri, Ita & ex craſſis peccatis quæ omnes intelligimus diſcenda eſt Pęnitentia & contritio, Arguatur ebrioſitas, ſcortatio, inuidia, odiū, auaritia, mēdaciū & ſimilia, Prouocentur homines ad pęnitētiā ꝓpoſito eis iudicio Dei. Vindicta & exēplis ſcripturę, ut uideant quā

Deus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Deus uindicarit iniuſticiam.

Verum corā hypocritis ubi neceſſariū eſt, non obliuiſcantur pdicatores admonere de ira & uindicta Dei, quā comminatus eſt & ſępe exercuit deus contra falſos dei cultores ſiue hypocritas, qui ſancta ſua ſpecie blaſphemāt bonū Dei nomen & uerbum.

Quidā exiſtimant, quia Deus uerā contritionē in nobis facit, non eſſe homines ad eam admonēdos. Verū quidē eſt ꝙ Deus operatur in nobis ueram contritionē, ſed operatur eam ꝑ uerbū & predicationē, Quēadmodū enim homines admonentur ut credāt & deus per talem pdicationē operatur fidē. Sic etiā admonendi ſunt ad pęnitentiā, & committamus Deo negociū in quib⁹ uoluerit opari pęnitentiā. Ipſe enim operatur per pdicationē quē-

admodum

admodū ait Moſes Deut: iiii. Deus eſt ignis conſumens, quando p̄dicatio quæ ſit de iudicio & ira dei, in nobis operatur pęnitentiam

Itaq; Prima pars pęnitentię eſt contritio & dolor. Altera eſt credere ꝙ remittuntur peccata ꝓpter Chriſtū, quę fides operatur bonū ꝓpoſitū. Iſta fide accipimus remiſſionem peccatorū, ut Paulus docet Ro: iii. etc. Sed hæc fides, ut ſępe dictū eſt, non poteſt eſſe, ubi non prius eſt pęnitentia & dolor de errore & peccato. Siquidē pęnitentia ſine fide eſt pęnitentia Saulis & Iudę proditoris id eſt, deſperatio, Rurſū fides id eſt cogitatio & ſomniū de fide ſine pęnitentia eſt p̄ſumptio & carnalis ſecuritas id quod poſt hæc uidebis.

Antehac docuerunt tres eſſe partes pęnitentię, Contritionē, Confeſſionē,

& ſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

& ſatiſfactionē, De prima parte dixi
mus, ꝙ penitentia & dolor debet pre
dicari, & ꝙ cognitio peccati & mor-
tificatio uocantur penitentia & dolor,
Et ꝑſtat retinere hec uocabula Contri
tio & dolor in uſu, quia hec ſunt clara
& facilia intellectu, maxime Germa-
nice expſſa Rew vnd leid & ut dani
loquūtur, anger oc ruelſe.

De uera ac Chriſtiana Confeſſione.

PApiſtica Confeſſio non eſt a
deo mandata, nempe illa om-
nium peccatorū enumeratio, id
quod etiā impoſſibile eſt, quēadmodū
pſal: xix. dicitur. Errores quis intelli-
get ? ab occultis meis munda me etc.
Sunt tamen admonendi homines ꝓp-
ter multas cauſas ad confeſſionē max
ime caſuū ut uocant, ꝓpter quos indi
gent conſilio, & peccatorum quæ pre-

ceteris plus ipſos grauant.

Nullus preterea admittatur ad ſacramentũ, niſi ante a ſuo paſtore examinatus, ut ſciat num ſit talis qui accedere ad ſacram cenã poſſit i. Cor: xi. Qui indigne etc.

Ignominia uero irrogant Sacramẽto non ſolũ qui indigne accipiuut ſed etiã qui per negligentiã indignis tradunt. Cauendũ igitur omnino ne uulgus conſuetudine ſola tantũ accurrat ad ſacramentũ, & neſciat interim Sacramenti uſum.

Qui ergo ignorat uſũ Sacramenti non admittatur, Ad uſũ Sacramenti in tali examinatione admoneantur etiã homines ut confiteantur, ut recte inſtituantur ſi habent quoſdã dubios conſcientię caſus, ut accipiant conſolationem audientes uerba abſolutionis ex

Chriſti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Chriſti Euangelio, ſi uere eos pęnitet delictorum.

Maxime uero de abſolutione, de qua apud Papiſtas pro concione altiſſimũ fuit ſilentiũ, publice p̄dicandum eſt & bene declarandũ ꝙ ipſa eſt Dei uerbũ, per quod cuiq; ſeorſũ peccata remittuntur & remiſſa ꝓnuntiantur, quo fides excitatur & confortatur etc. Tamē itaut hæc Chriſtianis ſint libera, hoc eſt, non prohibita illis qui abſolutione uti uolunt, & forte libentius eam accipere a ſuo Paſtore ut publico Eccleſię miniſtro quam ab alio, qui & fortaſſe ea carere non poſſunt, Rurſũ non ſint hæc quaſi legis coactione mandata illis qui ſoli Deo peccata confiteri uolunt, maxime ſi iam ante ſint ſatis inſtituti in fide & doctrina Chriſti, hi ſi uolunt ita accedere ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Sacramentū, non ſunt ꝓhibendi, neqꝫ ad aliud faciendū cogendi, Nā quiſqꝫ ibi edit & bibit Sibi, ut Paulꝰ ait, Probet aūt etc. id eſt pro ſua conſcientia.

De uera ac Chriſtiana Satiſfactione pro peccatis.

SAtiſfactio ꝓ peccatis noſtris non ſūt ulla opa noſtra, ſed ſolus Chriſtus ſatiſfecit ꝓ peccatis nr̄is, Ideo illa ſatiſfactio quā docuerunt Papiſte, diligentiſſime pro concione & alias eſt dānanda cum omnibus mendaciis & fictis cultibus Dei, quæ huic papiſticę & maledictę ſatiſfactioni adhęrent, ut ſunt Purgatoriū, Miſſa, Peregrinationes etc. Satiſfactio enim non eſt connumeranda uel aſſuenda noſtrę pęnitentię, ſed eſt ut ita dicamus, Penitentia Chriſti, qui ꝓ nobis ſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

bis ſatiſfecit ſine omni noſtro ope, & potius pertinet ad fidē noſtrā, ut ſciamus Chriſtū ipſū ſatiſfeciſſe ꝓ peccatis noſtris. Non enim ſatis eſt ſcire ꝙ Deus uelit peccata punire & ꝙ ſit dolendū & conterendū cor de peccatis, Sed neceſſe eſt etiā ſcire ꝙ Deus propter chriſtū uult remittere peccata. Neceſſe ē enim fidē cū pęnitentia eſſe coniūctā, quia pęnitentia ſeu contritio cordis ſine fide facit deſperare ut uides in Iuda & Saule, rurſum uera fides ſine pęnitentia haberi non poteſt.

Ita admoneantur homines, Primū prouocentur ad timorē, Magna enim ira Dei eſt contra peccata, ꝙ nullus poteſt ꝓ eis ſatiſfacere niſi ſolus Chriſtus filius Dei, Id quod merito nos terreat, nempe ꝙ Deus tantum iraſcitur contra peccata, Non eſt hic contēnen-

dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

dum illud Chriſti uerbū Lucę xxiii. Si uiridi ligno hęc faciūt, quid fiet in arido? Si Chriſtū ita oportuit pati ꝓpter noſtra peccata, quanto plus patiemur, ſi irā Dei contemnentes peccatorum noſtrorum nos non penituerit?

Breuiter qui non nouit meliora ſimpliſſime & craſſiſſime hæc duo ſibi ꝓponat, Mori & Viuere, quę quiſq; uel cogitur noſſe. Quod morimur, ex peccato uenit Gen̄: iii. Ro: vi. Stipendiū peccati mors eſt, Ideoq; primū inculcanda eſt hominibus talis ira Dei, ꝙ per hanc puniuit peccata hominum, & comminatur adhuc ſe puniturum niſi conuertātur pſal. vii. Niſi conuerſi fueritis, gladiū ſuū uibrauit etc. Rudes enim & ſecuri obliuiſcuntur huius irę dei, & non meminerunt ſe morituros quando peccant. Ideo admonendi ſūt

ita ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ita ut Moſes ſuis cornibus aut ſplen-
doribus, id eſt, Dei lex, impetat eos,
ut terreantur pre morte & ira dei. Si-
quidē ira dei & mors non poteſt reue-
lari niſi ꝑ legē Ro: iii. Iccirco ſerio do
cēda eſt Lex & peccata bene declarāda

Qui ergo cornibꝰ Moſis ita ꝑcuſſi &
humiliati terrore iudicii & irę dei ſēti
ūt mortē, aut metuūt ſe ſenſuros, illi
ſūt qui conceperūt pęnitentiā &contri
tionē, Nā ſentire irā dei & aculeū mor
tis facit perire riſū & omne gaudium
quod habent contēptores in peccatis.
Hoc ergo Mori ſiue mors facile intelli
gi poteſt. Eſt enim contritio, uel morti
ficatio, hoc eſt terreri morte & ira dei.

Mox alterū ſequi debet & talibus
hominibus diligenter proponi, nempe
ꝙ non ſatis eſt ita mori & terreri, ſed
Deū uelle non mortē ſed uitā, pſal. xxx

Ad

Ad momentū durat ira eius, & uita ē in uoluntate eius etc. Et Ezech: xviii. Nolo mortē peccatoris etc. Huc pertinet Dn̄s nr̄ Ieſus Chriſtꝰ, qui ſeqtur Moſen & occidit pro nobis mortē etc

Qui aūt non timent mortē & cornua Moſis, ii neq; uitā neq; Chriſtum deſiderant, queādmodū uidemus uulgo & Euangeliū & legē contēni ab iis qui nihil curāt neq; uitā neq; mortem Talibus non eſt p̄dicandū, Sunt enim porci & canes qui quod ſanctū eſt conculcant & nos lacerant Matth. vii.

Et ita ſunt ꝓuocandi homines ad fidē, nempe, quāuis nihil meriti ſimus niſi dānationē, tamen remittit nobis Deus peccata ſine noſtro merito ꝓpter Chriſtū. Hæc eſt ſatiſfactio. Nā fide accipimus remiſſionem peccatorum, ſi credimus chriſtnm pro uobis

ſatiſ

ſatiſfeciſſe i. Io. ii. Is eſt ręconciliatio ꝓ peccatis noſtris/ non pro noſtris tā tū ſed etiā pro totius mundi peccatis.

De Ecclaſiaſticis hominū ordinationibus.

PLurimū incommodi accidere uidemus ex imprudenti p̄dicatione q̄ fit de Eccleſiaſticis ordinationibus. Ideo admonuimus paſtores ut magis curent docere neceſſaria, ut chriſtianā pęnitentiam de qua diximus, Fidē, bona opera, Dei timorē, Orare, non blaſphemare, parentes honorare, Educare filios, honorare Poteſtatē, non inuidere, non odiſſe, nemini iniuriā facere, non occidere, Caſtitatem, in coniugio honeſtatē, non ſectari auaritiā/ non furari, non Ebrietati ſtudere, non mentiri, nullius famā lędere, Hæc

re, Hæc enim plus neceſſaria ſunt quã
feria ſexta carnes edere & ſimilia, quã
quam & hoc iuſtũ eſt coram deo & in
conſcientia

Tamen inſtruendi ſunt homines, ut
diſtincte & cũ diſcrimine loquãtur de
Eccleſiaſticis ordinationibus, Quędã
enim factę ſunt propter bonum ordi-
nem & pacem i. Cor: xiiii. Omnia or
dinate fiant in Eccleſia

Ideo dñici dies & quędã alię ferię,
ut in noſtris parochiis conſuetũ eſt, ſer
uentur. Opus enim habent homines
quibuſdã certis tẽporibus, ut conueni-
ant ad audiendum uerbum Dei.

Neq; contendant Paſtores inter ſe,
quando quiſpiã ex cauſa aliquo die fe
riatur ut p̄dicet uerbũ, & alii non fe-
riantur alibi, ſed quiſq; ſeruet ſuam
conſuetudinẽ in pace, donec de his or-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

310

dinate conſtituatur. Ita tamen ne om
nes dies feſti aboleantur, Conſultū fo
ret ut concordes ſeruarēt Dn̄icos dies
Annūtiationis, Purificationis, Viſita-
tionis Mariæ uirginis, Ioānis Baptiſ-
tæ, Michaelis, Apoſtolorū, Magdale
næ, Niſi alicubi quędā talia feſta eſſet
abrogata ut omnia commode inſtitui
non poſſint. Hæc aūt obſeruentur ab
omnibus, Feſtū Natiuitatis Dn̄icæ,
Circūciſionis Epiphaniæ, Paſcæ, Aſcē
ſionis, Pentecoſtes, omiſſis tamen,
quas uocant, Legendis non ſatis chriſ
tianis, & cantibus qui non ſūt ex ſcrip
tura, quod enim eſſet feſtum menda-
cia probare & predicare? Hæc autem
feſta propterea ita ordinata ſunt, quia
omnia geſta chriſti precipua, non poſ-
ſunt ſemel congregato populo propo-
ni, ideo commodum eſt illa ſic per an-
num

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

nū diſtribui, maxime in illa tempora quando geſta ſunt, ut etiā tēpora pueros & rudes admoneant rerū ꝓ ſalute nr̄a geſtarū cū p̄dicatione ſine qua illa nihil eſſent. Quēadmodū in Scholis ordinatur ut alio die uirgiliꝰ, alio legatur Homerus. Obſeruandę etiam ſūt conſuetę ferię & corſueto more in hebdomada ante Paſca, quādo Paſſio p̄dicatur, nec eſt neceſſe hanc antiquā conſuetudinē & ordinationē mutare, licet tamen interim etiā non neceſſariū eſt p̄dicationē paſſionis illi tēpori eſſe alligatā, quæ eſt omnium temporū ſicut & alię predicationes

Inſtruendi aūt ſūt homines ꝙ tales ferię ad hoc ſolū ſeruantur, ut uerbū dei in eis predicetur, & ſi cui incideret neceſſarius labor ꝙ poſſit illū facere, Deus enim exigit a nobis tales Eccleſi

arū ordinationes non ꝓpter aliud quā
propter predicationem & doctrinam
uerbi ſui, quemadmodum dicit Pau-
lus Col: ii. Nemo uos iudicet de cibo
& potu aut parte diei Feſti etc.

Preter has conſtitutiones quę fac-
tę ſunt ꝓpter bonū ordinē, ſūt & alię
quæ hac opinione factę ſunt aut ſeruā
tur, ut ſint ſpeciales cultus dei, ꝑ quos
Deus reconcilietur & mereamur gra-
tiā, ut ſunt mandata ieiunia, ꝓhibitio
eſus carnium feria ſexta etc. Chriſtus
Matth. xv. docet tales ordinationes eſ
ſe inutiles ad reconciliandū deū, Fruſ-
tra inquit colunt me, eo ꝙ docent doc
trinas & mandata hominū. Sic & Pau
lus i. Timo: iiii. tales ordinationes
& obſeruationes uocat doctrinas dę-
moniorū. Et docet Col: ii. Nemo uos
iudicet de talibus, id eſt, non ſunt faci-

endę

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ęndę ordinationes tales nec docendum ꝙ eas uiolare ſit peccatum, aut eas obſeruare ſit cultus Dei. Nam iure uiolarunt etiam eas Apoſtoli Matth xii.

Indicandū tamen eſt hominibus, ne tales ordinationes uiolentur corā imbecillioribus qui nondū inſtructi ſunt ne ſcandalizentur. Nihil eſt enim agēdū contra charitatē, ſed omnibus utēdū ad augendā charitatē, ut Paulus ait i. Cor: xiii. Si haberē fidem qua poſſem tranſferre montes, charitatem autem non haberē, nihil eſſem.

Inſtruendi hic etiam ſunt homines quid interſit inter Eccleſiaſticas ordinationes, & inter leges ciuiles Magiſtratus, Hę enim omnes, nēpe conſtitutiones ciuiles ſeruandę ſunt, quia non ordinant nouū cultū Dei ſed tantū ad pacem & honeſtatē conſeruandā. Sūt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

itaq; ſeruandę, niſi preciperent agere contra Pręcepta Dei, ut quando Magiſtratus precipit omittendum Euangeliũ aut aliquid ad Euãgeliũ ꝑtinẽs, Hic ſeruanda eſt regula Act: v. Oportet obedire plus deo quam hominibus.

Miſſę Purgatorii ꝓ animabꝰ & alię uenales Miſſę ſint poſthac in totũ abrogatę. Si enim Miſſę animarum Vigilię & ſimilia ualerent, ſequeretur peccata aboleri poſſe per oꝑa. At Chriſtus ſolus eſt agnus Dei tollens peccata mũdi, ut dicit Ioannes Baptiſta. Preterea Miſſę, (ſi ita uocare libet) ſũt inſtitutę ꝓ uiuis & non pro mortuis, ad accipiendũ corpus & ſaguinẽ Chriſti in commemorationẽ mortis eius. Nemo aũt poteſt commemorare mortẽ chriſti niſi uiuꝰ qui in hac uita agit, ut taceamꝰ de audiendo, edendo & bibendo etc.

Quid

315

Quid de Canone Miſſario p̄ſbyteri noſtri ſentiant ex aliis libris iā ante di dicerunt, neq; neceſſe eſt multum de hoc laicis predicare

Quidā germanice, quidam Latine canūt Miſſas, id quod non moramur. Tamē utile & commodū uidetur germanice cantari ubi populus latine non intelligit, ut populus ea q̄ canuntur & legūtur eo melius intelligat i. cor: xiiii. Quādo benedicit in ſpiritu, quomodo qui in uulgo eſt reſpondebit Amē ad tuā benedictionē, qnando non intelligit quę dicis? Tu quidem dicis bene, ſed alius inde non ędificatur, Et rurſum, Omnia fiant ad edificationem

In Summis Feſtis ut Natiuitatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

316

mitas eſt ſep cadē canere. Nec quiſq̃
faciat germanica cātica, niſi qui donū
habet a deo ut commoda facere poſſit

Porro quāuis dictū ſit de ſeruādis
quibuſdā feriis ꝓpter uerbū dei & do
cendū & audiēdū, tamē hoc non fit ut
p hoc confirmentur Sanctorū impię
inuocationes & patrocinia, Chriſtns
Ieſus enim ſolus eſt mediator interce-
dens pro nobis i. Io. ii. Ro: viii.

Vere aūt ita honorantur Sancti, q̃
ſciamus eos nobis propoſitos ſpeculū
& exempla diuinę miſericordię & gra-
tię. Queadmodū enim Petrus, Paulus
& alii ſancti nobis in carne & ſaguine
& infirmitate ſimiles, ex gratia Dei
perfidē ſaluati ſunt. Ita per hæc exem
pla concipimus conſolationē. q̃ Deus
etiam nobis non imputabit infirmita-
tem & ignoſcet peccata, quando confi
dimus

dimus ei & credimus & in infirmitate noſtra eum inuocamus, ut illi

Sanctorũ honor in hoc quoqꝫ conſiſtit, quãdo nos exercemus fide & charitate ſiue bonis opibus, & in his creſcimꝰ, quẽadmodum uidemus & audimus illos feciſſe

Prouocandi igitur ſunt homines ꝑ exempla Sanctorũ ad fidẽ & bona opera, quẽadmodũ ſcribitur, Heb: xiii Memẽtote illorũ qui p̄ſunt uobis, qui uos uerbo dei docuerunt, quorũ finem intuentes imitamini fidem, Sic & Petrus mulieres admonet i. Pe: iii. ut imitentur matrẽ ſuã Saram ornatu cordis, modeſto & quieto ſpiritu. Sic inquit & ſanctę mulieres olim ſe comebant, quæ confidebant in Deũ & maritis ſuis obediebant, quemadmodum Sara obediebat Abrahę uocans eum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Dūm ſuum, cuius filię uos eſtis factę, ſi bene facitis non meticuloſę

De Matrimonio.

DE coniugio inſtruant Paſtores diligēter populū, ꝙ ſit a Deo inſtitutū, Ideoq; eū inuocādū a coniugibus & bene ſperandū in omni neceſſitate. Nā quando Deus inſtituit coniugiū & benedixit ei Gen. ii. debent coniuges gratiā & auxiliū a deo ſperare in omni incommodo, prouer: xviii Qui inuenit mulierē inuenit bonū & hauriet iucūditatē a Dn̄o, id eſt, bn̄ placitū, Item quēadmodū honeſtatem ſeruēt in coniugio, & mutuā patientiā & charitatē ibi preſtent docet Paulus Ephe. v. Et ꝙ ſe non poſſint ſeparare, docet ipſe Chriſtus Matth. xix

Quia uero experimur quoſdā leui

ter &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ter & p̄ contēptū abuti libertate chriſtiana in multis, & ſine omni neceſſitate ſuſcitare ſcandala, debent Paſtores de coniugio, quod ad gradus ſaguinis attinet & affinitatis, & ſimilia, diſtincte & cū iudicio docere & agere, Nā ut Paulus ait Gal: v. Chriſtiana charitas non eſt data ad hoc, ut quiſq; p̄ ſua libidine per hanc ludat & faciat quod libet, ſed ut libera conſcientia ſuo proximo & ſeruiat & uiuat, In libertatē inquit, uocati eſtis tantū ne hāc detis occaſionē carni, Si aūt parochi in his dubitauerint, conſulāt doctiores, aut cauſā remittant ad Illuſtriſs: Principē noſtrū aut eius Cancellariū, ſecundū mādatū ipſis traditum.

De Libero Arbitrio.

N Quidā

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

QVidā abſq; diſcrimine loquū-
tur de libero arbitrio, ideo ad
didimus hanc breuiuſculā in-
ſtructionem.

Homo ex innatis uiribus habet liberū
arbitriū externa opera uel faciendi uel
omittendi, coact⁹ ꝑ legē & commina
tas pęnas. Hinc poteſt ciuilē ꝓbitatē
ſiue iuſticiā & bona opera preſtare ex
ꝓpriis uirib⁹, ad hoc a deo datis & con
ſeruatis. Nā Paulus hoc ipſū nominat
iuſticiā carnis, id eſt, eam quā caro ſi-
ue homo facit ex ꝓpriis uiribus. Si er-
go homo ex ꝓpriis uiribus oꝑatur ali
quā iuſtitiā, certū eſt ꝙ habet aliquam
electionē & libertatē malū uitandi &
bonū faciendi. Deus quoq; hanc exter
nā & ciuilē iuſticiā exigit Gal: iii. Lex
data eſt ꝓpter tranſgreſſionē. Et i. Ti
mo i. Lex iuſto non eſt poſita ſed iniuſ

tis & inobedientibus, impiis & pecca
toribus, qnaſi dicat, Cor ꝓpriis uiribꝰ
non pſſumus immutare, tamē externā
tranſgreſſionē uitare poſſumus, Docē
dū eſt etiā ꝙ Deo non placet uita con-
tēptrix & gentilis, ſed ꝙ Deus a quoli
bet exigit hanc iuſticiā, & punit horrē
de omnigenis mundi plagis & ęterna
pęna hanc impiam uitam.

Tamen impeditur hæc libertas per
diabolū. Si enim homo ꝑ Deū non de
fenditur & gubernatur diabolus ꝑpe-
tuo eum adigit ad peccandū, ne poſſit
uel externe iuſtus eſſe, hoc eſt neceſſa-
riū ſcire, ut homines diſcant, quā fragi
lis & miſer ſit homo qui non quęrit
auxiliū a deo, hoc ſciamus & deū inuo
cemus ut iuuet nos, & impediat diabo
lum, conſeruet nos, & uera cęleſtia do-
na nobis tribuat

Deinde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Deinde Non poteſt homo ex pro-
priis uiribus cor mūdificare & opari
dei dona, ut ſūt uera pęnitentia de pec-
catis, uerus & non fictus timor Dei,
uera fides, uera charitas, caſtitas, non
quęrere uindictā, uera patientia, fide-
lis inuocatio, non ſectari auaritiam etc

Sic Paulus ait Ro: viii. Naturalis
homo non ꝑcipit ea quę Dei ſunt, non
uidet irā Dei, ideo non uere timet, non
uidet dei miſericordiā, ideo non uere
fidit aut credit ei, Rogādū igitur ē no
bis ꝑpetuo, ut deꝰ opetur in nobis ſua
dona, hęc uocatur chriſtiana iuſticia.

De Chriſtiana Libertate.

QVidā etiā loquūtur ſine diſcrimi
ne de Chriſtiana libertate, Vnde
aliqui homines putant ſe liberos eſſe
nę ullum habeant Magiſtratū, ne poſt-
hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

hac ſoluant debita. Alii exiſtimãt chri
ſtianã libertatẽ non eſſe aliud quã car
nes edere, non confiteri, non ieiunare.

Has ſtultas opiniones uulgi rep̄hen
dere debẽt p̄dicatores, & doceãt q̄ ad
emẽdationem non quę ad temeritatẽ
ſpectant

Primũ itaq; libertas Chriſtiana eſt,
a poteſtate diaboli liberũ eſſe, id ẽ, ha-
bere remiſſionẽ peccatorũ per Chriſtũ
ſine noſtro merito aut opere, operante
fidem in nobis Spirituſancto

Hęc libertas bene intellecta ſũmã
adducit piis conſolationẽ, & incendit
eos ad Dei dilectionẽ & ad chriſtiana
opera, ideo hoc ſępe docendũ eſt, nẽpe
ita. Quod qui per Spiritũſanctum non
conſeruãtur, ſuper eos diabolus habet
poteſtatẽ adigendi eos ad horrẽda ſce
lera & turpitudines, aliũ ad adulteriũ,
alium

alium ad furta, aliũ ad homicidia, quēadmodũ uidemus multa in talia incidere ut neſciant qui fiat, & querantur ſe a diabolo adactos. Hęc uocatur captiuitas humãi generis. Non enim quieſcit diabolus & eſt homicida, & uigilat ut corpus noſtrũ & animã perdat, & delectatur perditione noſtri.

Contra hoc uocatur Chriſtiana Libertas ꝙ Chriſtus ꝓmiſit nobis Spiritũ ſanctũ, quo nos uult regere & conſeruare contra talē diabolicã poteſtatem. Chriſtus ait Io: viii. Si filius uos liberauerit uere liberi eritis.

Hic admonēdi ſunt homines ad timorē, ut cogitent in quantis ſint periculis, quãdo nemo tutꝰ ē a peccato & infamia niſi deus conſeruet. Contra quod admonendi quoqꝫ ſunt & conſolatione confortandi ut credant & ore-

ut ſpirituſancto cuſtodiantur a ſpiritu
maligno, quēadmodū chriſtus iuſſit o-
rare Lucę xxii. Orate ne intretis in ten
tationē. Non enim eſt diabolus impo-
tens aut contēnendus aduerſarius, ſed
eſt princeps mūdi huius, quēadmodū
ipſe chriſtus eū nominat Io. xii. xiiii.
& xvi. & Deꝰ huius mūdi, ut ait Pau
lus ii. cor: iiii. Iccirco pugnandū eſt no
bis (Ephe: vi) non contra carnē & ſāg
uinē ſed aduerſus principes & poteſta-
tes, aduerſus Magiſtratus tenebrarū,
aduerſus malignos ſpiritus ſub cęlo,
Hæc aūt eſt noſtri conſolatio i. Io: iiii
ꝙ maior eſt qui eſt in nobis quam qui
in mundo.

Hæc pars chriſtianę Libertatis ſępe
inculcetur, ut homines ad timorē & fi
dē prouocentur. Nulla enim pars doc
trinę chriſtianę magis gaudio afficit

pia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

pia corda, quam ꝙ ſciamus Deū nos
uelle gubernare & protegere, quemad
modū Chriſtꝰ dixit Matth: xvi. Portę
inferi non preualebunt aduerſus eam.

Secundo eſt chriſtiana Libertas, ꝙ
chriſtus non alligat nos ceremoniis &
iudiciis legis Moſis, ſed uti licet ordi-
dinationibus ciuilibus iudiciorum om
nium regionū in quibus agimus, apud
Saxones Saxonicis legibus, apud alios
Romanis etc. Tales omnes ordinatio
nes ſi non ſunt contra Deū aut rationē
ſiue naturale iudiciū, approbat Deus
& corfirmat, ut ante dictū eſt, Roma.
xiii. Omnis poteſtas a deo eſt, non Iu
daica ſolū, ſed etiam omniū nationū i.
Pe. ii. Subiecti eſtote omni humanę or
dinationi

Tertia pars chriſtianę libertatis p̄-
tinet ad Eccleſiaſticas hominum con-
ſtitutiones

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ſtitutiones, id eſt, Ieiunia, ferias, & ſi-
milia, Hic neceſſe eſt ſcire, ꝙ hę ordi-
nationes non proſunt ad conſequēdā
iuſticiā corā Deo Matth: xv. Fruſtra
colūt me etc. De hoc diximꝰ ſupra tri
plices eſſe Eccleſiaſticas ordinationes.

Quędā quę ſine peccato non poſſūt
ſeruari, ut ꝓhibitio nuptiarū, non de-
bent ſeruari, Plus enim obediendū eſt
deo quā hominibus Act. v. Et ſūt tan
tū doctrinę dęmoniorū i. Timo: iiii. In
ſup Chriſtus Matth: xv. condēnat tra
ditiones quæ iubēt peccare contra dei
mandata

Alię ordinationes factę ſunt, non ut
ſint ſpeciales cultꝰ Dei, non ad gratiā
merendā aut ad ſatiſfaciendū ꝓ pecca
tis, neq; ad hoc ut ſint neceſſarię obſer
uatiōes ſed utiles, ut ꝙ feriamur Dñi
co die, in Paſcate, Peutecoſte, Natali,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

dñi, quæ tēpora ordinata ſūt, ut ſciāt
homines quādo conueniendū ſit ad diſ
cendū uerbū dei, non ꝙ neceſſariū ſit
ꝑciſe talia obſeruare tēpora, uel ꝙ pec
catū ſit nūc opus manuariū facere, ſed
poſtquā nouit quiſqꝫ illa tēpora, bonū
eſt tunc ſeruare, conuenire, & diſcere

Quę tertio loco ſunt ordinationes,
ad hoc factę ut ſint cultus Dei ſpecia-
les, ut mereamur per eas gratiā & in-
dulgentias ut uocant peccatorū, ut mā
data ieiunia, non edere carnes feria ſex
ta, ſeptē horas legere & ſimilia, plane
hac ratione ſunt impia, ideo licet talia
precepta negligere, ꝙ & Paulus ea uo
cat doctrinas dęmoniorū, nēpe quan-
do tales ordinationes ſeruātur aut exi
guntur ea opinione ut mereamur per
eas gratiā, uel ꝙ neceſſaria ſint ad me
rendam a Deo gratiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

De Turcis.

DE Turca etiam quidã p̄dicatores multa clamãt ꝙ non liceat ei reſiſtere ꝓpterea ꝙ uindicta chriſtianis prohibita ſit. Hic ſermo eſt ſeditioſus & non ſuſtinẽdꝰ, Magiſtratui enim datus eſt gladius & Poteſtas, & ei mandatũ ut homicidia & rapinas uindicet & coerceat, atq; ideo debet armis ꝓhibere eos quę contra Ius bellare tẽtant, rapinaſq; & homicidia medit ãtur. Hęc uindicta non eſt ꝓhibita. Sic enim ait Paulꝰ Ro. xiii. Poteſtas eſt uindex Dei, id eſt, a Deo ordinata & mandatum habens, qui & adſiſtet ei in tempora anguſtię

Vindicta autẽ chriſtianis eſt ꝓhibita, quę tentatur non p̄ Poteſtatẽ, neq; ex poteſtatis mandato. Et ſicut Scriptura chriſtianis p̄uatã uindictã ꝓhibet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ita rurſū mādat eā Magiſtratui, & nominat uindictā, quę fit p Magiſtratū, cultū ſiue ſeruitutē dei. Immo ſūma eleemoſyna ē homicidia p gladiū ꝓhibere, queēadmodū de⁹ mādauit Ge. ix. Qui fuderit hominū ſanguinē fūdatur & ſanguis eius.

Quidam etiā dicunt fidem gladio non defendendam, ſed patiendum nobis ut Chriſto, ut Apoſtolis etc. Propter hoc ſciēdū eſt, uerū eſſe ꝙ qui non ſunt in politico Magiſtratu, debēt ꝓ ſe quiſq; pati, non ſe defendere, quēadmodū Chriſtus non ſe defendit, non enim uoluit in terris politicum gerere Magiſtratum, queēadmodū Io. vi. non permiſit ſe Regem eligi a Iudęis

Tamen Poteſtas debet ſuos uindicare ab iniuria, ſiue iniuria fiat aut intentetur propter fidē ſiue propter alia

Adde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Adde, ꝙ quando poteſtas debet honorare bn̄ facta & male facta punire Ro. xiii. i. Pe: ii. Debet etiā obſiſtere illis qui uerū dei cultū, bonas ciuiles ordinationes, leges & Iudicia abolere uolūt. Ideo oportet Turcis reſiſtere, qui non terras ſolū uaſtare uolunt, uxores & liberos uiolare & occidere, ſed etiā Iura, religionē uerā & ōnes bonas ordinationes tollere, ut nec qui reliqui fuerint ſecure uiuere poſſint, neq; filios erudire

Itaq; Poteſtas precipue pugnare debet ut cōſeruetur in terris Ius & poteſtas, ne poſteri inhoneſte uiuant, Tolerabilius eſſet bono uiro ſi eius liberi occiderentur quā ꝙ coguntur Turcicos diſcere mores. Turcę nullā aut norūt aut curant honeſtatē. Potentes eorū rapiunt aliorū bona, uxores, liberos, ut li-

bet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

bet, uulgus non curat debitũ coniuga-
le, accipiunt mulieres, & rurſũ extru-
dunt eas, ut uiſum fuerit, uenduntq; fi-
lios. Qui mores quid aliud ſunt quam
mera homicidia? Hoc experti ſũt Hũ
gari, certiſſimi huius rei teſtes qui ſeſe
ubi uadunt contra Turcas, ſic exhor-
tantur. Eia agite, etiã ſi non eſſet chriſ
tiana fides, tamen neceſſiariũ eſſet no-
bis pugnare contra Turcas pro nr̄is
uxoribus & liberis. Pręoptamus po-
tius mortẽ priuſquã uideamus illorũ
erga noſtros turpitudinẽ. Turcę enim
agunt homines in forũ, emunt & uen-
dunt eos, utuntur eis ut iumentis, ſiue
uiris ſiue mulieribus, ſiue iuuenibus,
ſiue ſenibns, ſiue uirginibus ſiue uxori
bus, ita ut plane abominatio ſine ul-
la humanitate ſit Turcica uita

Ideo debent predicatores exhortari

homines

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

homines ut orent Deũ ut ab his feris conſeruemur, & docere ꝙ ſit uerus dei cultus contra tales pugnare ex Magiſ- tratus mandato.

De quotidiano exercitio in Eccleſia

POſtquã in multis locis ueteres ceremoniȩ abolitȩ ſunt & parũ legitur in templis aut cantatur ita ordinatũ eſt, ut ſeruetur poſthac in Eccleſiis & Scholis, maxime ubi multꝰ eſt populus in ciuitatibus & oppidis.

Primũ licet in Eccleſiis mane cane- re tres pſalmos latine uel germanice, Et in diebus quãdo non predicatur, po teſt ab aliquo p̄dicatore legi lectio ex Matthȩo, Luca, prima Epiſtola Ioan- nis. Duabꝰ Petri, Iacobi, quibuſdẽ ſãc ti pauli, ut ad Timotheũ, Titũ, Ephe- ſios, Coloſſẽſes ſcriptis. His finitis in

cipiatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

cipiatur rurſum a principio, Et qui legit lectionē, poſtea exhortetur populũ ad orandum Pater noſter pro publica neceſſitate, maxime pro iis quæ eo tēpore accidunt, ut pro pace, uictu, imprimis ꝓ Dei gratia ut conſeruet nos & gubernet. Poſt poteſt tota Eccleſia canere canticũ germanicũ, & predicator addere collectam

Veſperi bonum eſſet tres pſalmos ueſpertinos canere, latine nõ germanice, propter Scholaſticos ut aſſueſcant latino, Poſtea aliquam Antiphonam, Hymnum & Reſponſorium, quæ pura ſint, id eſt, ex ſcriptura ſacra. Poſt hęc poſſet legi lectio germanica ex Geneſi, ex libro Iudicũ, Regum, poſtquā iubeātur orare paſter noſter. Hinc poſſet cantari Magnificat uel Te Deum Laudmaus, uel Benedictus, uel Qui-

cũq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

cumq; uult ſaluus eſſe, aut dici poſſent purę aliquę preces, ut iuuentus aſſue-fiat ad ſcripturam & in ea permaneat, Poſt hęc omnia, poſſet tota Eccleſia ca nere germanice & preſbyter addere Collectam.

In paruis oppidulis ubi non ſunt Scholaſtici non eſt neceſſariū quotidie canere, bonū tamē eſſet aliquid canere quando eſt predicandū. Eſt aūt predi-candū feria quarta & ſexta preter Do minicā diem, & feſta quæ habent ſuas de predicatione ordinationes

Curet ꝑterea paſtor ut utiles libri ſcripturę non difficiles pro populo aſ-ſumantur ad predicandum. Et ut fides ita predicetur, ut ſimul uera ac chriſti-ana pęnitentia. Iudicium Dei ac timor bona opera doceātur, eo modo ut an te dictum eſt. Sine pęnitentia enim fi-

des aut haberi aut intelligi non poteſt

Diebus feſtis debet mane & ad ueſperã predicari, mane Euangeliũ, ueſperi autẽ ſiue poſt prandium, quia familię & iuuentus ueniunt ad concionẽ, bonum Iudicamus Dñica die docere & interpretari ꝑpetuo decẽ precepta, articulos fidei & orationẽ Dominicã, Decem pręcepta ut per ea homines ad timorem Dei prouocentur. Orationẽ Dominicã, ut ſciant quid orent.

In articulis fidei hæc tria precipua diligentiſſime tractentur, Creatio, Redemptio & Sanctificatio, Bonũ enim iudicamus ut de Creatione ſic doceatur, ut ſciant Deũ adhuc creare, nutrire, producere omnia etc. Per hoc admoneantur homines ad fidem, ut deũ inuocantes oremus pro uictu, uita, ſanitate, & ſimilibus corporis neceſſitatibus.

Poſtea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Poſtea inſtituātur de Redemptio-
ne, ꝙ peccata nobis remittuntur prop
ter Chriſtum, quo trahendi ſunt, om-
nes articuli de Chriſto, ꝙ natus eſt,
mortuus eſt & reſurrexit etc.

Tertius articulus, Sāctifatio eſt ope
ratio Spirituſſanti, Hic admoneātur
ut orēt, ut Deus ſuo ſpiritu nos regat
& cuſtodiat, ut ſciant quā fragiles nos
ſimus, & quam horrēde cadamus niſi
Deus per Spiritūſanctū nos erudiat
uerbo Dei & cuſtodiat

Quādo uero Dominicis diebus hęc
nempe Decem precepta, articuli fidei,
& oratio Dominica, ad finem perduc
ta ſunt, reliquę poſtea contiones eiuſ-
dem horę ſint de Matrimonio, De
Baptiſmate & de Cęna dn̄ica, Poſt
quas finitas rurſum incipiatur Cate-
chiſmi predicatio etc. In hac predica-

tione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

tione propter pueros & rudes, debent ad uerbū recitari precepta, fides, oratio Christi & institutio duorum Sacramentorum.

Predicatores abſtineant a contumelioſis uerbis & uitia in genere condēnent uerbo Dei.

Interim tamen Papatū cum omnibus eum defendentibus ardenter condemnare debēt, ut qui iā a Deo condemnatus eſt, ſicut diabolum ipſum & eius Regnum. Siquidē Papatus & Antichriſti regnum horrende perſequitur per diabolum christianā Eccleſiam & uerbum Dei, ſub nomine Chriſtianę Eccleſię. Condēnandns eſt ergo ne per Papiſtarum mendacia & ſpeciem ueri chriſtiani amplius ſeducantur. Et quātum diabolus & eius Papiſtę non ceſſant blaſphemare Chriſtū & eius uer-

bum,

bum, tantum etiã non debent predica
tores ſilere aut ceſſare a condẽnatione
mendaciorum & Idolatrię eorum, per
quod homines perputuo contineãtur
in timore Dei & fide Chriſti, contra
Antichriſti & diaboli mendacia. Prę-
ter hæc quæ ſunt gloria chriſti, nemi
nem debent nominatim notare ad ig-
nominiam, niſi nimis manifeſtũ ſit fla
gitiũ uel a Deo iam iudicatũ uel ab Ec
cleſia noſtra condẽnatum, aut publica
gladii poteſtate punitum.

In feſtis Chriſti ſeruatur ſecundum
cuiuſq; Parochię conſuetudinẽ, debet
poſt prandiũ ſiue ad ueſperam predica
ri de feſto ex ſcriptura ſacra, id quod
ipſa res poſtulabit. Seruẽtur uero Feſ-
ta ut ante dictũ eſt

Admoneãtur autẽ homines de Sa
cramento, ne accurrant ad cęnã domi
ni ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ni ex conſuetudine, ſed ut per annū quā
do uolunt accedant ad menſā chriſti,
ne ſit hæc ſacra ſumptio alicui tēpori
alligata. Quidā rudes & indocti cla-
mant contra tales ferias, id quod non
eſt eis poſthac permittendū. Sūt enim
ordinatę ꝓpterea ꝙ populo ſimul uno
die non poteſt tradi ſcriptura, ut ante
dictum eſt.

Queādmodū aūt ferię celebrentur
abſqꝫ ſuperſtitione & praua contra fi-
dē opinione, doctus & prudens predi-
cator cōmodiꝰ iudicare uulgo poterit,
De feſtis ſimplicioribꝰ uel minoribus,
quæ non ſunt feſta hiſtorię chriſti, ubi
abolita ſunt, nulla ſit contentio, De
cantu latino in feſtis, etiā ſupra dictū
eſt, poſſit enim cantari, ubi ſcholaſtici
ſūt, Latine Introitus, Gloria in excel
ſis, haleluia, aliqua pura ex ſcriptura

Sequen

Sequentia, Pręfatio, Sanctus, Agnus Dei.

In dominica autē die permittimus ut quiſq; paſtor ſuas habeat chriſtianas cęremonias. Bonū tamen eſſet tūc homines ad cęnā dominicā exhortari, ad quam nemo niſi prius examinatus admittatur, ut etiā dictū eſt ſupra.

Nec multū moueat aut turbet uarietas Miſſarū, donec quātū poſſibile eſt fiat uniformis ordinatio, quando ſub Papatu multo maior diſſimilitudo & inęqualitas ē, etiam in Eccleſiis cathedralibus, ubi una hora ſępe tantus ululatus ē per tres uel quatuor diuerſas Miſſas ſimul cātatas, & tamē nemo ē offenſus.

Ad ſepeliendū ſeruādus ē ordo. Sacellanus & ęditus ſequātur mortuū, & ꝓ contione admoneatur populus ut

ſequa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ſequatur, Apud ſepulchrum canatur Media uita, germãice

Audimus preterea ꝙ quidã inepte concionãtur de puerperis & ſex hebdomadis, quibus domi ſe continent muleres poſt partũ, unde quędã ante tempus cõmodũ coacte ad laborem inciderunt in perpetuũ morbum, & aliquę ex hoc defunctę ſunt, Iudicamus igitur neceſſariũ, ut Paſtores ab his ineptis & periculoſis deſiſtant. Sex enim hebdomadę tales ordinatę ſunt Leuit. xii. Et quãquã abolita ſit Lex, non tamen abolita ſunt quæ preter legẽ etiã a nobis ipſa natura requirit, nempe naturalia & moralia & quæ ad ea pertinent. Ideo & Paulus i. cor: xi atqꝫ adeo ipſa natura nos docet, ꝙ leges, quas natura docet, ſeruare debemus, propterea & mulieribus tãdiu parcẽ-

dum eſt

dum eſt donec ad naturales ſuas uires redeant, id quod, uix minus ſex hebdomadis fieri poteſt. Non eſt peccatū egredi ante hoc temp9, ſed eſt peccatū corpori dānum curare, quemadmodū neq; peccatum eſt uinum bibere, tamē uinum febricitanti non ē dandum. Sic & hic expendenda eſt corporis neceſſitas & honeſtas ſeruanda, & non eſt utendum chriſtiana libertate ad dānum corporis aut ad inhoneſta. Inhoneſte enim abuti chriſtiana libertate perinde fuerit atq; ſi princeps aliquis gregem porcorum ad ſuam menſam uocaret, non intelligunt porci hanc gloriā, ſed uaſtant tantum quicquid appoſitū fuerit, & conſpurcant ipſum etiam principem, Sic quidam ubi audiunt de libertate, non ſciunt quæ ſit hæc ſancta libertas, & exiſtimant nunc nullo pudo

 re, nullis

re, nullis bonis moribus opus eſſe, ꝑ quod Deus uere blaſphematur.

DE uera ac Chriſtiana excommunicatione.

BOnum eſſet retinere pęnam uerę & Chriſtianę excommunicationis, de qua Chriſtus ait Matth: xviii. Ideo obnoxii publicis criminibꝰ, quotidianis ebrietatibus & ſimilibus, nec a talibus deficere uolunt, non ſunt admittendi ad Sacramentum accipiendum, Admonendi autem ſunt tales aliquoties ante, ut ſe emendent, quod ſi nolunt, poſtea poſſunt excommunicati denunciari. Nec uero contemnenda eſt hæc pęna, quia eſt maledictio mandata a deo contra peccatores. Metuenda eſt igitur, non eſt enim fruſtranea, quę

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

admodum Paulus i. Cor: v illum qui
ſuam nouercam ſibi ſociarat tradidit
Satanę ad interitum carnis, ut ſaluus
eſſet ſpiritus in die Domini. Sed ad
predicationem poſſunt ire excommu-
nicati quia ad eam etiã Iudei & Gen-
tiles admittentur.

De Ordinatione SuperInten dentis.

SVperIntendens qui ad hoc ex
paſtoribꝰ unus ordinatus fue
rit, attendat ſup omnes alios
paſtores, qui ſunt in ea p̄fectura aut lo
co ipſi deſignato, ſiue habitẽt ſub Mo
naſteriis & Eccleſiis Cathedra libus, ſi
ue ſub nobilibꝰ aut aliis. Et attẽdat cu
retq; ut in predictis parochiis recte &
chriſtiane doceatur, uerbũ dei & Sacra
mẽta pure & fideliter tradãtur, ſecũdũ
Chriſti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Chrſti inſtitutionẽ, Vt Paſtores bene uiuant, unde uulgus emendetur nec ullum accipiat ſcandalum. Neqꝫ aliquid doceatur contra uerbum Dei & fide, aut quod ſpectet ad ſeditionem contra Magiſtratū. Vbi uero aliquid horum a predicatoribus tentari cognoue rit, illos ad ſe uocat & admoneat ne ſic pergant, inſtruatqꝫ leniter eos ut ſciāt quid peccet, errent, aut minus plus ue faciāt ſiue in doctrina ſiue in moribꝰ. Si quis nō uoluerit deſiſtere, ſed maxime ad falſā doctrinā & ſeditionē ſeſe accommodare, debet Super Intendens ſine mora hoc indicare loci Pręfecto. Is autem ſtatim referre hoc ad Illuſtriſſ: principem noſtrum Electorem, ut poſſit eius clęmentia huic morbo tē pori occurrere.

Hoc preterea uiſum eſt bonum, ut

obeunte uel alio migrante Paſtore, Paſtor nouus per patronos, qui ius habent preſentandi, ſtatuatur ante Super Intendentem. Is examinet eum, qui ualeat & doctrina & uita, ut ſciat num populo bene poſſit prodeſſe, ut p̄ gratiam Dei diligenter caueatur ne indoctus aliquis aut ineptus ſuſcipiatur ad populi ſeductionem. Quia experientia ſępe his annis docuit, quid boni uel mali ex bonis uel malis p̄dicatoribus ſperandum ſit. Vnde neceſſario moueamur ad intente inſpiciendum, ad preueniendum malum ex gratia Dei, ne nomen Dei & uerbum in nobis blaſphemetur, De quo Paulus in pluribus locis admonet

De Scholis

Debent

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

DEbent etiam predicatores ad
monere populum ut ſuos pue
ros Scholis adhibeant, ut edu
centur uiri qui docere, & Eccleſiis &
Politiis prodeſſe poſſint. Putant enim
aliqui ſatis eſſe predicatori ſi ſciat ger
manice legere. Hæc eſt periculoſa opi
nio. Qui enim docturus ē alios, neceſ
ſe eſt ut habeat magnam exercitatio
nem & ingenium inſtructum. Hæc ut
habeat aliquis, requiritur longa & ab
ineunte ętate diſciplina. Paulus enim
ait i. Timo: iii. Epiſcopum oportere
eſſe didacticum, quo indicat eos erudi
tiores eſſe oportere quam uulgus. Lau
dat etiam Timotheū i. Timo: iiii. ꝙ
a puero ſacras litteras coluerit, erudi
tus uerbis fidei & ſanę doctrinę. Non
enim exigua ſcientia, immo impoſſi
bilis eſt, ut homines indocti clare &
intelli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

intelligenter doceant atq; erudiant alios. Eruditis autem opus eſt non ſolum propter Eccleſias ſed etiam propter politiam, quam etiam deus uult bene gubernari.

Debent ergo parentes propter Deum filios adhibere Scholis, ut parentur Deo, ita ut poſtea Deus eis uti poſſit ad ſeruiendum aliis.

Ante hæc tempora currebatur ad Scholas propter uentrem, & maxima pars ad hoc didicit ut poſſet accipere pinguem prebendam quã uocant, qua accepta nutriuit ſe abominabili Miſſatione. Quare nunc ad honorẽ dei propter ipſius mandatum non diſcimus? Sine dubio enim & uentrem nutriret Deus Matth. vi. Primũ, inquit, quærite regnum dei & iuſticiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Deus in lege Moſis curauit per decimas pro Leuitis. In Euangelo non eſt mandatum ut preſbyteris dentur Decimę, tamen mandatum eſt eis dare uictum. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo, ait Chriſtus Matthei & Lucę x.

Ideo licet mundus contemnit Dei preceptum, & preſbyteris quæ debet non dat, tamen Deus non obliuiſcetur preſbyterorum qui recte docent, ſed enutriet eos, quia uictum eis promiſit

Quam abunde etiam Deus pro aliis artibus curet, uidemus quotidie, Sic enim ſcribit Syrach c. xxxviii. A deo eſt omnis medicina, & accipiet a Regibus munera.

Quando uero plures ſunt abuſus in Scholis puerorum, ut iuuentus recte inſtituatur hanc formā preſcripſimus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Primū LudiMagiſtri diligenter curent, ut doceant pueros latinę ſolū non Germanice aut Gręce aut Hebraice, ut quidā hactenus, qui grauarunt miſeram iuuentutē hac uarietate, quæ non ſolum inutilis eſt ſed etiam nociua, uidemus etiā tales LudiMagiſtros non curare puerorum commodū ſed ſuam famam, quam aucupantur iſta liguarum uarietate.

Secundo, non grauent pueros multis libris, ſed ut licet uitent iſtam multiplicitatem

Tertio Neceſſarium eſt ut pueri diſtribuantur in claſſes

Prima Claſſis.

AD primā Claſſem pertinent pueri qui diſcunt legere. Cum eis ſic agetur. Diſcant primum legere ex Al

phabetario libello in quo ſint ſcripta, Alphabetum. Pater noſter, Credo, & uerba inſtitutionis de Baptiſmo & Sacramento.

Poſt legant Donatum & ſimul diſcant exponere Catonem. Ita ut LudiMagiſter eis exponat unum atq; alterum Catonis uerſum, quē recitent pueri aliqua aliahora, ut per hoc multa diſcant latina uocabula, & ſupellectilē ſibi congregent ad latine loquendū. Per hęc exerceātur donec bene legere ſciāt. Nec incommodū uidetur pro pueris qui parum ingenioſi non ſtatim multa diſcere poſſunt, ut hi Donatum & Catonem bis ita diſcant. Cū hoc interim urgendi ſunt omnes in hoc claſſe ut diſcant ſcribere, & ſcripta quotidie LudiMagiſtro offerre

Vt uero multa etiam diſcant latina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uocabula, quotidie ad ueſperam dentur eis aliqua uocabula, ut hactenus fuit conſuetũ. Hi pueri etiam diſcant cum aliis cantare, ut infra dicemus.

Altera Claſſis.

IN altera Claſſe ſunt pueri qui legere norunt, hi debent nunc diſcere Grammaticam, hoc ordine.

Proxima hora poſt prandium exerceantur omnes Scholaſtici in Muſica & maximi & minimi

Poſtea LudiMagiſter interpretetur ſecundę huic Claſſi primũ fabulas Eſopi. Poſt ueſperas exponat eis Pędologiam Moſellani. Poſtquam hos libellos didicerunt, ſeligãtur pro eis ex Colloquiis Eraſmi quæ utiliora & honeſtiora ſunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Iſta licet ab eis repetere ſequentis diei ueſpera.

Vbi ſub ueſperam domum regrediuntur detur eis aliqua Sententia cū expoſitione germanica, ex aliquo Poeta uel aliis, quam altero mane reddāt, ut eſt hæc ſētentia. Amicus certus in re incerta cernitur, aut hæc. Fortuna quē nimium fouet, ſtultum facit. Item ex Ouidio. Vulgꝰ amicitias utilitate probat etc.

Mane pueri exponendo reddant quod ex Eſopo acceperūt. Hic preceptor declinet quędam nomina & uerba ut uiderit expedire pueris multa uel pauciora, facilia uel difficilia, & interroget rationē declinationis ex regulis grammaticis.

Vbi didicerunt regulas conſtructionum, exigatur ab eis hac hora ut con

ſtruant orationem, Id quod ualde pro
deſt eis, licet rari ſint LudiMagiſtri
qui hoc curent

Hoc igitur modo ubi didicerũt Eſo
pũ, proponatur eis Terentius, quẽ &
mentetenus ſine libro diſcãt recitare,
creuerunt enim ſtudio & iam plus fer-
re poſſunt laboris, Attendat tamen
LudiMagiſter ne pueri grauẽtur. Poſt
Terentium proponantur his aliquot
puriores Comędię Plauti, ut ẽ Aulula
ria, Trinũmus, Pſeudolus & ſimiles.

Hora quæ eſt ante prandium ſic
perpetuo exerceatur, ne quid doceatur
aliud quam grammatica. Primum E-
tymologia, inde Syntaxis, poſt proſo-
dia. His finitis rurſum eadem incipi-
antur, ut grammatica eis diligentiſſi-
me inculcetur. Si enim hoc nõ fit, fruſ
ſtraneus eſt hic omnis labor. Pueri pre

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

terra regulas grammaticę diſcant ſine libro recitare, ut cogantur grammaticam exacte diſcere.

Si LudiMagiſtrum tedet huius laboris ut fit, relinquatur, & pueris aliꝰ queratur, qui hunc laborē curet pro grammatica pueris inculcanda. Nullum enim maius damnum poteſt accidere omnibus artibus quam ſi iuuentus in grāmatica non egregie exerceatur.

Hæc ita ſeruentur per totam hebdomadam, nec pueris quotidie noui libri proponantur

Aliquo autem die ut Sabbato uel feria quarta doceantur Catechiſmum cum expoſitione ut erudiantur ad timorem dei & Chriſti fidem.

Nam quidam plane nihil docent pueros ex ſacra ſcriptura, alii nihil ali

ud quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ad quam ſacram ſcripturam, uterq; error non eſt ſuſtinendus. Neceſſariū enim eſt ut pueros doceant quędam initia Chriſtianę & pię uitę. Et ſimul ſūt multę cauſę quare oporteat quoq; eis alios proponere libros, unde loqui diſcant

Sic itaq; obſeruabitur. Examinet LudiMagiſter totam Claſſem aut etiam Scholam, ut recitent uiciſſim alius poſt alium, orationem Dominicam, Credo, & decem precepta. Et ſi numerus diſcipulorū fuerit nimius, poſſunt quidam hac hebdomada, alii ſequente examinari. Poſtea alio tempore LudiMagiſter orationē Dominicam ſimpliciter & planiſſime interpretetur. Alio tempore fidem, & alia Decem pręcepta, & inculcet pueris ea quæ neceſſaria ſunt ad piam uitā & honeſtā, ut

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Dei timorē, fidē, bona opera, contentioſa uero omittat, nec doceat pueros maledicere Monachis aut aliis, ut quidā inepti LudiMagiſtri faciunt

Cū hoc proponat etiā pueris quoſdā faciliores intellectu pſalmos quos uel mentetenus recitare diſcāt, in quibus conphēſa ſit ſūma chriſtianę uitę, ut ſunt qui agunt de timore Dei, de fide & de bonis operibus, ut pſalmus cxii. Beatus uir etc. xxxiiii. Benedicā etc. cxxviii. Beati omnes qui etc. cxxv. Qui confidunt etc. cxxvii. Niſi dn̄s ędificauerit etc. cxxxiii. Ecce quā bonū etc. & ſimiles pſalmi aperti & faciles quos LudiMagiſter breuibus & aperte interpretetur, ut ſciāt pueri quid inde diſcant aut requirant.

Hoc die citam Mattheus ſed grammatice tantum exponendus eſt, qui finitus repetatur a principio. Tamē ubi profecerunt pueri, poſſunt eis exponi Duę Epiſtolę ad Timotheum, aut prima Ioannis, aut prouerbia Salomonis

Preter hos libros nullum ſuſcipiant Ludi Magiſtri ex ſacris enarrandum. Non enim eſt utile iuuentutem grauare difficilibus & arduis libris, quemadmodum quidam propter ſuā gloriam eis prelegunt Eſaiam. Pualū ad Romanos, Ioannē Euangeliſtā ect.

Tertia Claſſis

VBi ſatis exercitati ſunt pueri in grammatica, poſſunt ſeligi aptiores in tertiam claſſem.

Proxima hora poſt prandium hi cū aliis exerceantur in Muſica. Poſtea ex

ponatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ponatur eis uirgilius. Poſt finitum Virgilium, poteſt eis proponi Metamorphoſis Ouidii. Ad ueſperam Officia Ciceronis uel eiuſdē Epiſtolę fāiliares

Mane repetatur Virgilius, & exigantur ab eis Conſtructiones ad exercitium grammatices cum declinationibus, & indicentur eis ſpeciales figurę ſermonis

Hora ante meridiem maneat ipſi grammaticę, ut in ipſa bene ſint exercitati. Et cum bene nouerint Etymologiam & Syntaxin, ad Metricam inſtituātur ut diſcant uerſus facere. Hęc enim exercitatio utilis ualde eſt ad intelligendū alias ſcripturas, efficitq; pueros diuites uerborū & aptos ad quędam alia

Poſtea ſatis in grāmatica exercitatis ꝓponatur Dialectica & Rhetorica

hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

361

hac hora.

Pueri ex ſecunda Claſſe offerãt ſingulis hebdomadis ſcripta ſua uel uerſus.

Curetur etiam ut pueri loquantur latine. Et ipſi Ludi Magiſtri nihil aliud, quantum licet pre expoſitionibus, loquantur cum pueris quam latinum ſermonem, quo ad hoc exercitum aſſuefiant & prouocentur.

Impreſſum Roſchildie per me Ioannem Bart Anno Domini

M. D. XXXViii.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

362

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

EPISTOLÆ

DOMINI NICOLAI AMS-
DORFII ET D. MAR-
TINI LVTHERI, DE
ERASMO RO-
TERODA-
MO.



VVITEBERGAE.
M. D. XXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

REVER
ROC
MA

bitror, uiros
aſſeris, Chr
dire Miſſar
ſes ſuam in
conantur,
iam quod d
cent. Reliq
cent, nihil
quod offen
pium, Imó
ria ſunt ho
tus, neceſſ
bellus iſte

Fan

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

REVEREDDO IN CHRISTO VE-RO CHRISTI SERVO DOCT. MARTINO LVTHERO, PATRI SVO CHA-RISSIMO.

IAM RELECTO LIbro tuo, Von der VVinckel Meſſe, mi pater in Chriſto reuerende, inuenio non quod me, ſed aliquos bonos & pios, ut arbitror, uiros offendit, nempe illud, quod aſſeris, Chriſtianum poſſe uidere & audire Miſſam. Hallenſes enim & Lipſenſes ſuam impietatem per hoc defendere conantur, uel potius excuſare. Habes iam quod diſpicet, Nunc audi quæ placent. Reliqua omnia mihi ſumme placent, nihil inueni, quod offendat, nec quod offendere debeat bonum uirum & pium, Imó talia ſunt omnia, quæ neceſſaria ſunt hoc tempore. Etſi non eſſet editus, neceſſe eſſet, quod adhuc ederetur libellus iſte.

Fama eſt, quód uelitis reſpondere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

VVitzelio, miror quo conſilio, cum per hunc librum, Von der VVinckel Meſſe, ſibi ſatis ſit reſponſum. Et magis reſponderetur ſibi, ſi libellum de Eccleſia ederes. VVitzelius omnia ſua furatus eſt ex Eraſmo, huic eſſet reſpondendum, illo contempto, ut tandem ſuis coloribus, qui ſunt, inſcitia & malicia, depingeretur Eraſmus, Nam ſumma ſuæ doctrinæ eſt hæc, Doctrina Lutheri eſt hæreſis, quia damnata à Cæſare & Papa, Sua uero eſt Orthodoxa, quia Epiſcopi & Cardinales, Principes & Reges mittunt & donant ei aurea pocula &c. Si aliud eſt in ſuis libris, moriar. Hæc eſt ſapientia humanæ rationis, quod habeamus propicios Epiſcopos, Reges &c.

Agnoſco Dei opus & illius mirabilia uideo, fidem eſſe donũ ſuum, opus ſuum, quod ipſe ſolus operatur per uirtutem, qua ſuſcitauit ex mortuis Chriſtum, ubi & quando uult. Si hos ruſticos uideres, gloriam Dei uideres, Deus illos confirmet & confortet, Amen. Tu perge tales libellos nobis ſcribere, maxime de Eccleſia, quam aduerſarÿ iactant,

& no-

& nobis obiiciunt ſemper. Vale in Chri
ſto mi pater, & Deum pro nobis ora,
maxime pro fratribus afflictis ab
Epiſcopis. Magdebur-
gæ quarta feria
poſt Con-
uerſionis Pauli.
M. D. XXXIIII.

Tuus Nicolaus
Amſdorff.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

GRATIAM ET PAcem in Chriſto, Gratias ago tibi optime uir, quód tam libere de meo libello iudicas, Nihil enim moror, qnód Papiſtæ offenduntur, cum propter ipſos ſcriptus non ſit, ut qui digni deinceps non ſint, propter quos aut ſcribamus aut loquamur, Nam tradidit illos Deus in ſenſum reprobum, ut etiam agnitam ueritatem impugnent. Audita eſt cauſa noſtra Auguſtæ coram Cæſare & toto mundo, innentaq́ eſt irreprehenſibilis, & ſanam doctrinam referens. Vulgata eſt deinde noſtra Confeſſio & Apologia, & uerſatur publice in luce per mundum. Per hæc reſpondemus infinitis libris, & omnibus mendacijs Papiſtarum, præteritis, præſentibus, futuris. Confeſſi ſumus Chriſtum coram generatione hac nequam & adultera, Ipſe nos rurſum absq́ dubio confitetur coram Deo patre & Angelis ſuis, Lucet lux noſtra ſuper candelabrum, Qui uidet, uideat magis, Qui cæcus eſt, cæcus fiat magis, Qui iuſtus eſt, iuſtifice-

tur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

tur magis, Qui ſordet, ſordeſcat magis. Sanguis eorũ ſit ſuper ipſos, Nos mundi ſumus ab eorum ſanguine. Diximus impio ſuam impietatem, & ille non uult conuerti. Moriatur ergo in peccato ſuo, nos animas noſtras liberauimus, Igitur non eſt, ut propter ipſos ſcribamus, aut ſcribi curemus.

Quód etiam ſuades, contemnendum eſſe illum Grammatellum ſeu uocabularium, quem tu furem Eraſmi uocas, & ipſi potius Eraſmo reſpondendum eſſe, Scito à me quidem ſatis eſſe contemptum, Nam ne unam quidem eius chartam legi, Ionas ei ſemel reſpondit, me repugnante, & ſecundum iudicium tuũ ad contemptũ hortante. Noui enim hominem intus & in cute, qui dignus non ſit, ut bonus uir cum eo quicquam agat aut loquatur, tam perditæ inuidiæ & maleuolentiæ hypocrita eſt. Præterea noſti q̃ ſoleam hoc genus ſcriptorum ſilendo & contemnendo uincere. Quot enim libros Eccij, Fabri, Emſeri, Cochlei, & aliorum plurimorum, qui uidebantur, uelut montes parturire, & neſcio quæ monſtra parituri, ipſe meo ſilentio ſic deleui, ut nulla eorum extet memoria, Vitiliti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

gatores uocat eos Cato, & eorum orationes ſinit præterfluere, Qui tamen forte inclaruiſſent, ſi dignatus fuiſſet cum eis rixari, Verum eſt illud triuiale, Hoc ſcio pro certo, quod ſi cum ſtercore certo, Vinco uel uincor, ſemper ego maculor. Gloria noſtra hæc eſt, Quidquid in ſcrituris & patribus contra nos produci poteſt, productum & declaratum eſt, De reliquo, manet illos gloria tantum maledicendi, mentiendi, calumniandi, quam cur eis inuideamus, cum nullis alijs uirtutibus poſſint & uelint nobiles fieri?

De Eraſmo autem admirati ſumus iudicium tuum, Quo ſimpliciter ſtatuis, eum nihil habere firmamenti in ſua doctrina, præter fauorem hominum, tribuis ei inſcitiam quoq; & maliciam, Quod iudicium ſi uulgo perſuaderes, næ tu paruulus Dauidulus hoc uno ictu iſtum glorioſiſſimum Goliath proſtraueris, & ſectam eius uniuerſam ſemel eradicaueris, Quid enim fauore hominum uanius & fallacius, cum in alijs omnibus, tum maxime in rebus ſpiritualibus, ut Pſalmi teſtantur, Non eſt in eo ſalus, Et omnis homo mendax. Si igitur totus Eraſmus

uanus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uanus eſt, et uanitate ac mēdacio nititur, Quid opus eſt ei reſpondere? Euaneſcet tandem & ipſe cum ſua uanitate, ſicut fumus, ſi eum inter umbras iſtas & Vitilitigatores, meo ſilentio obſcuratos, numeremus.

Ego ſane aliquando tribui ei inſignem inconſtantiam et inaniloquentiam, Adeo enim uidebatur tractare res ſacras & ſerias negligenter, rurſus leues nugas, ridicula & iocularia cupide ſectari, etiam ſenex & Theologus, & hoc ſeculo ne gociociſſimo & laborioſiſſimo, ut prope uerum eſſe crederem, quod à ſapientibus & graui autoritate uiris audiui, ſcilicet Eraſmum uere delirum eſſe. Atq; cum primum in Diatriben ſcriberem, & cogerer eius uerba penſare (ut Ioannes docet, Probate ſpiritus) incogitantia eius, præſertim in re tanta, offenſus, uelut ſter tentem pupugi, ut excitarem iſtum frigi dum & pigrum diſputatorem, ſubinſimulans eum Epicuri, Luciani ſeu Scepticorum opinionis, ſi forte ad agendam cauſam poſſet reddi acrior. Sed nihil pro feci, niſi ꝙ Viperam irritaui, quæ furiata mente nobis tandem ſuas Viperaſpides peperit, prolem tali parente & dig-

nam & ſimillimam. Cæterum ad rem ipſam fortiter negligexit reſpondere, Ideo ab eo tempore prorſus deſperaui ab eius Theologia.

Sed nunc in tuam ſententiam concedo, Non fuiſſe incogitantiam, ſed uere, ut dicis, inſcitiam & maliciam. Non quod noſtra ſeu Chriſtianorum dogmata ignoret, ſed quód ſciens & prudens ea ſcire nolit, Quanq̃ reuera quæ nos proprie in noſtro conſortio contra Papæ Synagogam docemus, non intelligat, neq; poſſit intelligere, Tamen uulgata illa, quæ nobis ſunt cum Eccleſia ſub Papatu communia, non poteſt ignorare, cum multa de his ſcribat, ſeu rideat uerius, qualia ſunt de trinitate in diuinis, de Chriſti diuinitate & humanitate, de peccato, de redemptione generis humani, de reſurrectione mortuorũ, de uita æterna & ſimilia. Scit, inquam, iſta doceri et credi etiam à multis impijs & falſis Chriſtianis. Sed faſtidit omnia, Imo nullũ dubiũ eſt uere credenti, cui ſpiritus in naribus eſt, eum eſſe à religionibus, præſertim Chriſtiana, prorſus alieno et abhorrente animo. Huius multa indicia ſparſim ſerit, & futurum eſt aliquando, ut, ſicut So-

rex,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

rex, ſuis proprijs indicijs ſeſe prodat & perdat.

Edidit inter cætera nuper etiam Catechiſmum, artificio plane Satanico compoſitum, Et ſatis aſtuto conſilio cogitat puericiam & iuuentutem Chriſtianam præoccupare & imbuere ſuis uenenis, quæ poſtea non queant unquam illis eximi, ſicut ipſe in Italia & Roma ſuas Lamias & Megæras ſuxit, ita ut ſit nunc nulla medela ſanabilis. Quis enim Chriſtianorum ferat hanc rationem inſtituendi pueros, aut rudes in fide Chriſti, qua Eraſmus utitur? Certe animus tener & rudis, ſimplicibus, neceſſarijs & certis principijs primo eſt formandus, quæ firmiter credat, Quia neceſſe eſt omnem addiſcentem credere, Qui enim uel ipſe dubitat, uel docetur dubitare, quid ille unq̃ diſcet?

Noſter uero nouus Catechiſta hoc unum agit, ut ſuos Catechumenos reddat dubios, & dogmata fidei ſuſpecta, dum ſtatim in principio omiſſis ſolidis fundamentis, tantum illis obijcit hæreſes & ſcandala opinionum, quibus Eccleſia ab initio uexata eſt, ut pené deſiniat, Nihil unq̃ fuiſſe in Chriſtiana religione

gione certi. Iſtis uero exemplis & periculoſis quęſtionibus animus imperitus ſtatim à principio obrutus, quid aliud cogitabit aut faciet, quàm ut ſeſe à religione Chriſtiana, tanquam peſte, uel clam ſurripiat, uel ſi auſus fuerit, palam deteſtetur.

Et hoc callidum conſilium non putat ab ullo homine poſſe intelligi, quaſi non habeamus in ſcripturis eiuſmodi laruarum diaboli infinita exempla. Sic enim Serpens Heuam primo ad dubium ſollicitauit, dum ei ſuſpectũ reddidit præceptum Dei de arbore ſcientiæ boni & mali. Dubiam uero factam proſtrauit & uicit (niſi Eraſmus & hanc quoq; fabulam eſſe putet) Ita & ipſe eodem Serpentino ingreſſu irrepit, & tentat ſimplices animas, Quur tot Sectæ & errores in hac una ueritatis (ut creditur) religione fuerunt? Quur tam diuerſa Symbola? Quur in Symbolo Apoſtolorum appellatur Pater, Deus, Filius, non Deus, ſed Dominus, Spiritus uero, nec Deus nec Dominus, ſed Sanctus, & his ſimilia? Quis rogo ſollicitat his quæſtionibus rudes animas, quas erudiendas ſuſcepit, niſi ipſe diabolus? Quis uero auſit ſic loqui de

qui de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

qui de ſymbolo fidei. Ecce habes ſalubris fabulæ Protaſin, Epitaſin & Cataſtrophen, niſi ipſum os et organum Satanæ.

Sed ecce, raptus ſum pené in confutationem Catechiſmi illius, tum tamen ſolum indicare tibi uoluerim, cur mihi uideatur non eſſe reſpondendum huic Viperæ, ſed ꝙ ſeipſam plus ſatis confutat apud omnes pios & bonos uiros. Similem ludum & in Apoſtolum Paulum luſit (Paraphraſes ſeu Paraphroneſes, ut ipſius uerbo utar taceo) in præfatione ad Romanos, ubi Paulum ſic laudat & extollit, ut nulla Rethorica ſimplex & imprudens lector queat potentius auocari & retundi à legendo & diſcendo Paulo, adeo confuſum, impeditum, pugnantem ſibi, uarium, horridum pingit, ut eam Epiſtolam credere cogat eſſe alicuius hominis furioſi, tantum abeſt, ut utilis eſſe uideatur. Et inter cæteros morſus plane Sycophanticos, illud non potuit ſaluo iecore retinere, quód Petrus Chriſtum appellet uirum, Deum taceat. Bellum dictum, & in loco ualde poſitum.

Iam uero Methodus eius, cum ſuis circulis, quid eſt, niſi irriſio Chriſti & omnium rerum ab eo geſtarum? Quis ex

hac Me-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

376

hac Methodo aliud accipiet, q̄ faſtidium, imo odiũ diſcendæ tam confuſæ, perplexæ, & fortaſſis fabuloſæ religionis? De Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta, qui poſt Chriſtum ſummæ autoritatis, apud Chriſtianos eſt. Quis tam faſtidioſe & odioſe (non dicam hoſtiliter) loqui auſit, Meros crepat mundos, niſi qui eũ uirum putet eſſe bardũ aliquem aut bucconem, Chriſtiani enim cum timore & reuerentia de Apoſtolis loquũtur, iſte aũt docet nos, cum prophano faſtidio & faſtu, de illis loqui, Et hic eſt proximus gradus, etiam de ipſo Deo, cuius Apoſtoli ſunt, prophane loqui, imo eiuſdem ſuperbiæ eſt, Spiritum ſanctum (cuius ſunt Apoſtolorũ uerba) crepantem mundos appellare.

Talia ſunt in Eraſmo infinita, uel potius ipſe hoc totus eſt in Theologia, Quod multi alij et ante me obſeruarunt, & quotidie obſeruant magis, Nec ipſe ceſſat etiam quotidie augere, & craſſius edere ſuas notas, feſtinat enim iudicium eius, & perditio eius non dormitat.

Et illud ſingulare quoddam eſt pietatis Eraſmicæ, ꝙ in Epiſtola de Philoſophia Chriſtiana (quæ ſuo nouo Teſta-

mento

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

mento addita circumfertur publice per
omnes Eccleſias)cum propoſuiſſet que-
ſtionem, Quare Chriſtus de cœlis deſcen
derit, tantus magiſter, cum multa ſint,
etiam apud Ethnicos ſimilia, forte etiam
perfectiora, Reſpondet, ueniſſe Chriſtũ
(puto eũ hoc credere Eraſmitiſſime) de
cœlis, ut ea perfectius & abſolutius ultra
cæteros ſanctos præſtaret, Hic miſer iſte,
Nouator omnium (Sic dominũ gloriæ
pungit)Chriſtus amiſit gloriam redem-
ptoris, & fit tantum ſanctior alijs, Non
potuit ignorantiæ eſſe hoc uerbum, Sed
neceſſe eſt ſtudij & uoluntatis fuiſſe, cum
ſciant & ubiq; fateantur etiam ij qui non
uere credunt, Chriſtum deſcendiſſe, pro-
pter nos homines redimendos, à pecca-
to & morte. Hic primus locus fuit, Qui
alienauit animum meum ab Eraſmo,
protinus ſuſpicari cepi eum eſſe ſimpli-
citer Democritum ſeu Epicurum, & uer
ſutum irriſorem Chriſti, qui ubiq; odiũ
ſuum in Chriſtum ſuis Coepicuris indi-
cat, ſed ita figuratis et inſidioſis uerbis, ut
furioſiſſime debachari poſſit in Chriſti-
anos, qui ſuis obliquis & ſuſpectis uerbis
offenſi, non interpretentur omnia pro
Chriſto eorum, Quaſi unus Eraſmus in
orbe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

orbe, regnum poſſideat liberrimum, inſidioſe & oblique loquendi de rebus maximis, & omnes homines obnoxios habeat, in ea ſeruitute, ut cogantur obliquitates & inſidias eius, recte & ſyncere interpretari, Cur ipſe potius non loquitur recte & aperte? Vt quid delectatur inſidiis & figuris iſtis tam periculoſis? Debuit tantus Rhetor & Thelogus, non ſolum ſcire, ſed etiam fideliter præſtare, quod docet Fabius, ſcilicet, Ambiguum uerbum ceu ſcopulum eſſe uitandum, Quod ſi caſu aliquod exciderit, ueniam meretur, Sed ſtudio & induſtria quærere, hoc nulla uenia, ſed iuſtiſſimo omnium odio dignum eſt, Ad quid enim hoc bilingue & odibile dicendi genus ualet, niſi ut ſub uocibus et literis Chriſtianam fidem ſimulantibus, omnium hæreſum ſemina tuto ſerere & alere poſſis, ac dum doceri & defendi creditur religio, reuera tollatur funditus, & antequam intelligitur, euertatur.

Quare recte faciūt omnes, Qui ſuſpecta & inſidioſa uerba eius, contra eum interpretantur, Nec eſt audienda eius uociferatio, Calumnia, Calumnia, & ꝙ non commode & candide interpretemur eius

mur eius dicta. Cur ipſe fugit commode dicta,& ſectatur incommode dicta? Eſſet enim hæc tyrannis inaudita, uniuerſum genus hominũ, ita habere uelle ſubiectũ, ut inſidioſe & periculoſe dicta cogeretur, commode intelligere,& illi regnum concedere, ſemper inſidioſe loquendi, Quin ipſe potius cogatur in ordinem,& iubeatur ſeruire generi humano,hoc eſt, abſtinere ab iſto prophano & bilingui flexiloquio,ſeu inaniloquentia, Sicut Paulus præcipit,uitare prophanas cenophonias.

Vnde & ipſæ publicæ leges imperij Romani damnant, hanc dicendi rationem, mulctantque hac pœna,ut iubeant uerba interpretari contra eum ipſum, qui clarius dicere potuit,& dixit obſcurius. Et ipſe Chriſtus ſeruum illum nequam ſeſe inſidioſe excuſantem damnauit, & uerbis ipſius in eum retortis dixit, Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Quid enim fieret,ſi in religionibus & legibus,et omnibus grauibus cauſis,aſſueſceremus ambigue & inſidioſe dicere, niſi confuſiſſima illa Babylon,in qua nullus alterum tandem intelligere poſſit.Hoc non eſſet diſcere eloquentiam, ſed ipſam naturalem perdere loquentiam,Deinde, ſi iſta licentia regnet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

poſſem egó omnia commode interpretari, quæcunq; unq̃ omnes hæretici dixerunt, deniq; quicquid ipſe diabolus fecit, dixit, aut dicere et facere poſſit inæternũ, Vbi tunc erit ulla facultas confutandi hæreticos & diabolum? Vbi ſapientia illa Chriſti domini, cui non poſſint reſiſtere omnes aduerſarij? Vbi Dialectica docendi Magiſtra? Vbi Rethorica perſuadendi facultas? Nihil docebitur, diſcetur, perſuadebitur, conſolabitur, terrebitur, Quia nihil certo aut proprie dictum audietur.

Igitur cum Eraſmus de Ioanne Euangeliſta, tam leuiter & ridicule dicit, Meros crepat mundos, feriendus eſt iudicio Epicuri uel Democriti, et dicendũ ei, Diſce de maieſtate loqui reuerentius, Moriones quidem aliquando Principes alloquuntur irreuerentius aut ſtultius, nec tamen ſemper impune, Quod ſi faceret aliquis alius ſano iudicio & ſtudio, forte plecteretur capite, tanquam læſæ maieſtatis reus, Ita cum dicit, Petrus Chriſtum appellat uirum, Deum tacet, damnandus eſt Arrianæ ſententiæ & hæreſeos, Quia potuit hoc inſidioſum uerbum, in re ſumma maieſtatis diuinæ, omittere, uel religioſius loqui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

us loqui. Hic enim Arrianis uerba fortiter ſignificant, non placere, Chriſtum Deum dici, meliusq́ꝫ eſſe, duntaxat uirum eũ appellari, Vtcunq́ꝫ poſſint commode uel incõmode interpretari pro diuinitate Chriſti, tamen ut poſita ſunt & ſonant, præſertim ſuſpecto autore, offendunt Chriſtianas mentes, Quia non habent unum & ſimplicem ſenſum, & pronius intelliguntur pro Arrianis, q̃ pro Orthodoxis. Sic Hieronymus ſcribit de ſui ſeculi Arrianis, eadem arte docentibus, Aliud loquuntur ſacerdotes, aliud audiunt populi, Nihil enim opus fuit eo loco Chriſtianis dicere, ꝙ Petrus Chriſtum tacuerit Deum, licet uere non tacuerit, Chriſtum deũ. Nec ſufficit fingere, ꝙ Petrus propter uulgus appellauerit uirum, Certe qui uirum appellauit, ideo non tacuit Deum, niſi ꝙ non poſuit eo loco iſtas literas, D e u m, quod Eraſmus tamen exigit ſeuere, tam hic q̃ alibi ſæpe, absq́ꝫ ulla cauſa, tantum ut inſidias ſtruat imperitis, & ſuſpectam religionem noſtram faciat.

Recte Carpenſis ille, quisquis fuit, eum reprehendit, tanq̃ fautorem Arrianorũ in præfatione Hilarij, ubi ſcripſerat, Nos audemus Spiritum ſanctum appellare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Deum, quod ueteres auſi non ſunt, Ibi cum bene admonitus, deberet agnoſcere ſuas pulchras figuras, & Arrianiſmos, & eos emendare, non modo id non facit, Sed maledicit iſtas Satanæ calumnias, & duplo magis ridet diuinitatem, quàm ante, tanta eſt confidentia in ſua flexiloquentia ſeu amphibologia, Nihilo minus, ualde ſerio confitetur triaden, & nihil minus feciſſe uult uideri, q̃ negaſſe trinitatem diuinitatis, Niſi quód Curioſitatem recentiorum (quam poſtea pro diligentia commode interpretari exiget) narrat multa ex ſcripturis accepiſſe, & auſos eſſe, quæ ueteres non eſſent auſi, quaſi hominum autoritate nitatur religio Chriſtiana (hoc enim intendit perſuadere) hoc eſt aliud nihil, q̃ pro fabulis haberi uniuerſas religiones.

Hic plane etiam ſi Carpenſis in multis nihil ſit, & hoſtiliter Lutherum petat, tamen Eraſmus inaudita ſuperbia, putat omnes homines eſſe ſtipites & truncos, qui nec rem intelligant, nec uerba percipiant, Lege eum locum, & obſerua mihi Diabolum incarnatum, Hic locus fecit, ut ego (Quid aliꝭ facturi ſunt, uiderint) Eraſmo non credam, etiam ſi confiteatur apertis

uerbis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

uerbis, Chriſtum eſſe Deum, Sed dicam illud Chriſippi Sophiſma, Si mentiris, etiam quod uerum dicis, mentiris. Quid enim opus fuit (ſi ſyncere credidit, Spiritum ſanctum eſſe Deum) dicere, Nos audemus appellare Spiritum ſanctum Deum, quod ueteres non ſunt auſi, Et uerbum audendi, tam uarie torquere nunc in laudem, nunc in uituperium, etiam in eiſdem recentioribus, cum nos ex ueteribus ipſis hoc habeamus, & ipſi nō ſumus auſi primum, Deinde manifeſtum mendaciū eſt, Veteres non auſoseſſe Spiritum ſanctum appellare Deum, niſi ueteres, pro ſua pulchra figura intelligat Democritū & Epicurum, aut Deum intelligat materialiter, id eſt, iſtas quatuor literas, D E V M, Ad quid autem iſta odibilis panurgia, niſi ut rudibus, ex muſca elephantem faciat, & ſignificet Chriſtianam religionem nimis nihili eſſe, nulla cauſa, niſi quia iſtæ quatuor literæ D e u s, non ponuntur omni loco, quo ipſe exigere poſſet, Sic patres ſui Arriani, ualde cauſabantur. quód iſtæ literæ, H o m o u ſ i o s, &, in n a ſ c i b i l i s, non inuenirentur in ſacris literis, nihil morati, quod res ipſa ſolide demonſtraretur, Vbi uero nomen Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

ponebatur, parati erant gloſa, qua eluderent ueritatem, et nuncupatiuum, non uerum deum eſſe concederent, ita nihil cum iſtis Viperis efficies, ſiue per ſcripturas, ſiue extra ſcripturas loquaris.

Hæc eſt Satanæ malicia, Qui cum rem non poſſit negare, uertit ſe ad uocabula exigenda, quæ ipſe præſcripſerit, Sic poſſet Diabolus ad Chriſtum ipſum dicere, Etiam ſi uera dicas, tamen quia non dicis talibus uerbis, qualibus ego uelim, nihil dicis, uelim autem nullis uerbis dici, Sicut Marcolſus ſuſpendi uoluit ab arbore à ſe electa, nullam tamen uoluit eligere. Sed de hoc aliàs, ſi Dominus ocium & ſpacium uitæ dederit, Nam cogito poſt me relinquere teſtimonium meum de Eraſmo, fidele & certum, & præbere Lutherum iſtis Viperis mordendum & pungendum, ſed non lacerandum aut deuorandum totum.

Nunc quod de noſtra libertate dixi, repeto, ſcilicet, non eſſe ferendam Eraſmi tyrannidem in ſuis amphibologijs, Sed ſimpliciter eſſe iudicandum ex ore ipſius, Si loquitur Arrianice, iudicetur Arrianus, Si loquitur Lucianice, iudicetur Lucianus, Si loquitur gentiliter, iudicetur

gentilis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

gentilis, niſi reſipiſcat & deſinat defendere tales uoces, Velut, ubi in quadam Epiſtola de incarnatione filij Dei turpiſſ. uerbo loquitur, uocans Coitũ dei cum uirgine, Hic eſt iudicandus horribilis blaſphemator dei & uirginis, Nec eum quicq̃ iuuerit, ſi Coitum poſtea exponat ad formam doctrinæ Chriſtianæ, Cur ante non eſt locutus ad formam doctrinæ Chriſtianæ? Sciebat .n. hoc uerbo coitus, Chriſtianos non poſſe non uehementer offendi, imo niſi offendi uoluiſſet, non ſic locutus fuiſſet, decet aũt nos eo offendi, & impius eſto, qui non fuerit offenſus iſta turpitudine uerbi obſceni, in re tam ſacra, etiam ſi non ignoremus, quid coire præterea ſignificet, Sed quia Amphibologia ſemper ad deteriorem ſententiam ſpectat, ſi caſu fiat, ignoſci poteſt, Si ſtudio & uoluntate, abſq; miſericordia, ut dixi, condemnanda eſt, Quia dogmata fidei tenere, arduum & diuinum opus eſt, etiam ſi proprijs & ſignatis & certis uerbis tradantur, Quomodo igitur tenebuntur, ſi ambiguis, dubijs & obliquis uerbis tradantur?

S. Auguſtinus dicit, Philoſophos libere loqui in rebus difficilibus, nullam metuentes offenſionem, At nos (inquit) ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

certam regulam loqui fas eſt, Vnde & uocem iſtam fortuna & fatum reprehendit, tam in ſeipſo, quàm in alijs, Nam ſi etiam quis fortunam intelligat mentem diuinam, quæ faciat contra quàm nota eſt natura, & ita non impie ſentiat, tamen dicit, Sententiam teneat, Linguam corrigat, Atq; fingamus, Auguſtinum iſta neq; dixiſſe, neq; ius ſtatuendi habuiſſe, Tamen natura dictat, ut una quæq; profeſſio, tum ſacra, tũ prophana, ſuis certis uerbis utatur, & ambigua uitet, Nam & ſordida artificia aut arguunt ut damnum, aut rident ut iocum, ſi alienis terminis (ut uocant) de rebus ipſorum quiſpiam loquatur, Quanto magis in rebus ſacris, ubi certa ſalus aut perditio æterna ſequitur, certis & proprijs uerbis docendum eſt, Ludamus Amphibologijs, in rebus alijs leuibus, ut ſunt nuces, poma, denarij, & ſimiles puerorum & ſtultorum deliciæ, in religione & cauſis grauibus politiæ, Amphibolon ceu Diabolum & mortem fugiamus, quantum fieri poteſt.

At noſter Rex Amphibolus, ſedet in throno amphibologiæ ſecurus, & duplici contritione conterit nos ſtupidos Chriſtianos, Primo, Vult & magna uoluptas

eſt ambi-

eſt ambiguis ſuis dictis nos offendere, Nolletq́ non offendi iſtos truncos, Deinde, ubi ſenſit nos offenſos, & impegiſſe in inſidioſas figuras, & clamare contra eum, ibi ſerio triumphat & gaudet, incidiſſe in ſuos caſſes prædam petitam, Nam ibi inuenta rhetoricandi occaſione, irruit ſuper nos magnis uiribus & clamoribus, lacerans, flagellans, crucifigens, & ultra omnia tartara mittens, quód calumnioſe, uirulenter, Satanice (& ſi quid peius nominari poſſet) eius uerba intellexerimus, quæ tamen ſic intellecta uoluit &c. Hac tyrannide mirifica (quis credat, tantum poſſe Dominam iſtam Amphibologiam, aut quis ſuſpicari poſſet ullum hominem eſſe tam deliræ mentis, ut tantum iſti figuræ uaniſſimæ confidat? nos non ſolum cogit ad ferendam libidinem eius amphibologiſandi liberrimam, ſed etiam ad neceſſitatem tacendi, Offendi nos plane uult & cupit, ut rideat cum ſuis Epicuris nos ſtultos, Rurſus audire non uult nos eſſe offenſos, ne uideatur non eſſe Chriſtianiſſimus, Sic nos miſeri, uulnera ſine fine pati debemus, gemere aut hiſcere non debemus, Ia ia lieber Iuncker, das muſt man euch beſtellen, Sonderlich bey den Chriſten.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Nos uero Chriſtiani, qui non tantum uictualia, ſed etiam Angelos & mundum ſumus iudicaturi, & iam de facto iudicamus, Iſtam tyrannidem Amphiboliſtarum non ſolum non ferimus, Sed contra opponimus, Libertatem duplicis condemnationis, Prima eſt (quam dixi) Vt omnia Eraſmi ambigue dicta damnemus & contra ipſum accipiamus, Sicut Chriſtus dicit, Ex ore tuo iudico te ſerue nequam, Item, Ex uerbis tuis condemnaberis. Quare enim locutus es contra animam tuam? Sanguis tuus ſit ſuper caput tuum. Secunda, ut gloſas & interpretationes eius commodas bis damnemus & maledicamus, ut quibus, non ſolum non corrigit impie dicta, ſed etiam defendit, hoc eſt, duplo nos magis ridet interpretando, quam fecit loquendo.

Exempli gratia, Coitum dei et uirginis uult intelligi non uulgarem Coitum, Sed alium quendam coniugij, ſcilicet inter deũ & uirginem, cuius Gabriel ſit pronubus, & Spiritus ſanctus impleat, ꝙ actus feminis etc. Vide, per Chriſtũ, quid cogamur ferre & audire ab iſto, ſui ipſius interprete, Sed dicit iſta, ut turpitudinem & obſcenitatem uerbi iſtius inuitis Chriſtianis

etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

etiam irridendo defendat, & offendiculũ
hoc nobis per uim obtrudat, cum ſciat
ualde bene, iſtud myſteriũ ſacratiſſ. incar-
nationis, ambiguis & turpibus uerbis,
non poſſe ulli homini ſignificari, Quid ue
ro ſignificent Epicuris, horreſco cogitare,
Cur non etiam Coitum uocemus collo-
quium Dei cũ Moſe & alijs Prophetis, &
fingamus angelos pronubos, & Spiritum
ſanctum actum ſeminis, aut ſi quid obſce-
nius dici poteſt? Sed hic adeſt ſexus, qui
idoneus eſt uiſus iſti ludibrio, quo Deus
poſſit dici cũ uirgine coire, ut fabula fiat ſi-
milis illi, ubi cum Rhea Mars, & cũ Seme-
le Iupiter concubuit, & ſecta Chriſtiano-
rum ſit, quaſi una ex fabulis gentium, Et
uideas tamen homines inueniri tam de-
ploratæ amentiæ, qui hanc ſeriam & ue-
ram eſſe credant, Nec conſiderent, ꝗ tur-
pia & abſurda credant & adorent, Hoc
ſcilicet erant admonendi Chriſtiani, ſto-
lidum genus hominum, per tales figuras,
ut inciperent dubitare, & dubitando à fi-
de apoſtatare, & ſic religio penitus euer-
teretur, antequàm ullus homo poſſet ob-
ſeruare.

Hæc eſt illa parabola Matth. xv. Vbi
homo inimicus ſuperſeminauit zizania,
Nocte

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Nocte dum dormirent homines, Et abijt. Nos Chriſtiani ſecure dormimus, Et ſi nō dormiremus. Dulces illæ ſyrenes ſua blandiloquentia nos facile ſopirent, noctemq́ʒ ob oculos facerent, Interim ſeminantur illa zizania figuratorum & inſidioſorum uerborum, Et cum nunc repullulent paſſim Sacramentarij, Donatiſtæ, Arriani, Anabaptiſtæ, Epicuri &c. Quærimus unde habeat ager Domini noſtri zizania? Illi autem qui ſeminauerunt abierunt, & interpretationibus commodis, ſic ſe pingunt, ornant, & ex oculis noſtris ſe proripiunt, ut triticum ſeminaſſe uideantur, Sic elabitur & abit tutus cum honore & laude, & apparet amicus, qui eſt uere inimicus homo, Hæc eſt uia mulieris illius adulteræ, quæ cū deuorauerit, tergit os ſuum & dicit, Non feci malum, Prouer. 30.

Sed hæc ad tuam Epiſtolam, Mi Amſdorfi, ſatis nimis & moleſte forte, Sed indicare tamen uolui, cur neq́ʒ Eraſmo reſpondendum eſſe mihi uideatur, Sum etiam ſatis occupatus, noſtris docendis, confirmandis, corrigendis & gubernandis, Deinde ſolum onus illud uertendi Biblia, nos totos ſibi uēdicat, A quibus operibus Satan me forte tentat auocare, ſicut antea

fecit,

fecit, ut meliora deſerens, fruſtra ſecter nubes & inania, Nam ſeruum arbitrium tibi documento eſſe poteſt, q̃ difficile ſit Eraſmum, Proteum illum aggredi, propter ſuam flexiloquentiam & lubricitatem, qua mirabiliter confidit, Non enim conſiſtit certo loco, & callidus eſt ad euitandos ictus, uelut irritatus crabro. Ego autem miſer conſiſtere cogor, loco certe iniquo, uelut ſignum contradictionis, Quicquid enim ſcribit Lutherus, iam damnatum eſt ante decennium, Solus Lutherus ſcribit ex inuidia, ſuperbia, amarulentia, deniq; ex ipſo Satana, Qui uero contra eum ſcribunt, omnes ex Spiritu ſancto ſcribunt.

Ante hos annos fuit magni negocij & ingentis ſumptus, aliquem mortuum Monachum Canoniſare, At nunc, nulla uia facilior eſt, etiam uiuos Nerones & Caligulas Canoniſandi, quàm odium in Lutherum, Odiat & fortiter maledicat aliquis Lutherum, & mox eo facto, ſanctus eſt, pené ſimilis ſanctiſſimo domino noſtro ſeruo ſeruorum Dei. Quis autem credat, Odium in Lutherum eſſe rem tam potentem, tam fecundam? parit opes etiam ipſis mendicis, imo talpis & ranis,

parit

parit fauorem principũ & regũ, parit præ
bẽdas et dignitates, parit Epiſcopatus, pa-
rit etiam opinionem ſcientiæ et doctrinæ
ipſiſſimis aſinis, parit autoritatem ſcriben
di libros Grammatiſtis, tandem parit eti-
am gloriæ & uictoriæ coronam, in cœlis
ſempiternam, Vere beati omnes qui ode-
rũt Lutherum, qui tam uili & facili opera
tantas res ſimul aſſequũtur, quas nulla ſa-
pientia, nullis uirtutibus omnes excellen-
tiſſ. uiri ſimul aſſequi poſſent, ne Chriſtus
quidẽ cũ uniuerſis miraculis, tũ ſuis, tum
Apoſtolorũ & omniũ ſanctorũ ſuorum.

Sed ſic implentur ſcripturæ, Beati qui
perſequũtur Lutherũ, quoniam ipſorũ eſt
regnũ cœlorũ, Beati eſtis, qui maledicitis
et omne malũ dicitis aduerſus Lutherum,
gaudete & exultate in illo die, quoniam
merces ueſtra copioſa eſt in cœlis, Sic.n.fe
cerũt et Apoſtolis et ſanctis Epiſcopis, Io-
anni Hus et ſimilibus, qui fuerũt ante Lu-
therũ, Ideo mihi adhuc cõſultius uidetur,
ut non reſpondeam, ſed teſtimoniũ meũ
de Eraſmo relinquam, etiam ipſius cauſa,
ut tandem abſoluatur ab iſta cura, qua mi-
ſere angi ſe quæritur, Nempe ꝙ Luthera-
nus habetur, Nam, uiuit Chriſtus, mag-
nam ei faciũt iniuriam, & defendendus eſt
mihi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

mihi contra hoſtes eius, qui eum Lutheranũ accuſant, cũ ſit, me minus certo et fideli teſte, nullo modo Lutheranus, ſed Eraſmus tantum.

Ego ſane optarim totũ Eraſmum eſſe è noſtris ſcholis exploſum, nam ſi etiam nõ eſſet pernicioſus, tamen nihil eſt utilis, nullas res docet aut tractat, Nec expedit iuuentuti Chriſtianæ aſſueſcere huic Eraſmicæ dictioni, Diſcet. n. de nulla re ſerio et grauiter loqui aut cogitare, Sed tantum in graculi ſeu ſpermologi morem, omnes alios ridere, & plane aliud nihil, q̃ morionari, Hac uero leuitate & uanitate paulatim deſueſcit à religione, donec abhorreat, & penitus prophaneſcat. Papiſtis relinquendus eſſet, qui tali ſunt Apoſtolo digni, & haberent labra ſuas lactucas. Dominus noſter Ieſus, quem mihi Petrus nõ tacet Deũ, ſed in cuius uirtute ſcio & certus ſum me ſæpius à morte liberatũ, in cuius fide hæc omnia incepi, & hactenus effeci, quæ ipſi hoſtes mirantur, ipſe cuſtodiat et liberet nos in finem, Ipſe eſt dominus deus noſter uerus, Cui ſoli cum Patre & Spiritu ſancto, ſit gloria in ſecula, Amen.

VVitebergæ per Ioannem
Lufft. M.D.XXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

for den ſalig Mands Skyld / ſalig
Oluff Gyldenmund alias Chrisostomus
Skyld, ſom fordum eyede denne
Bog og holt meget af den ....

....

....

.... for bunded og
Kon denne Bog nu ſolds
tal ſor 28 ß
og det nu for 24.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2

[illegible]

Christen [illegible]

[illegible]

og [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] 28 [illegible]

Jeg [illegible]

Birgitte Dall 1907 154782

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 169 8° copy 2